spectu et hoc mõ vl'e est priꝰ notuꝫ nobis ⁊ mi
nus notum ꝭm naturam ⁊ singulare est magis
notum ꝭm naturã

Dubitaṫ scđo: Utꝝ verum sit ꝙ

Posteriorum

demonstratio ꝓcedat a prioribus ⁊ notioribꝰ
simpl'r. Et videtur ꝙ non. q꞉ vt dicitur. p̄mo
phisicoꝝ innata ē nobis via a notioribus no/
bis in notiora nature ꝓcedere sed in demōstra
tione optet ꝓcedere ſm viā nobis innatā igit̄
demōstratio non ꝓcedit ex notioribꝰ ⁊ p̄oribꝰ
simpl'r. Ad dubiū rn̄r ꝙ in omni demōstratōe
optet ꝓcedere ex his q̄ sunt nota nobis nō tn̄
ex singularibꝰ sed ex vl'ibus q꞉ nihil pōt nob
notificari nisi ꝑ illud qđ est magis notū nobis
sed qn̄qꝫ illud qđ est magis notū nob ē etiam
magis notū ſm naturā vt i mathematicꝭ i q̄bꝰ
ꝓpt abstractōnē a materia solū fiūt demōstrati
ōnes ex p̄cipijs formalibꝰ. iō ibi demōstratō
fit ex notioribus simpl'r. qn̄qꝫ vero illud qđ ē
magis notū nobis est minꝰ notū ſm naturā si
cut in naturalibꝰ in q̄bus eēntie ⁊ v̄tutes na/
turales. q꞉ sunt in materia sunt nobis occulte
Jō cognoscūtur ꝑ suos effectus ⁊ oꝑationes.
Vn̄ in talibus vt in pluribꝰ fiūt demōstratio/
nes ex notioribus nobis ⁊ minꝰ notis ſm na
turā. sed tales demonstratiōes nō sunt ꝓpt̄ q̇d
est sed. q꞉ est ⁊ h̄ mō solū est ad ꝓpositū d demō
stratione ꝓpter quid. Et sic patet qual'r demō/
stratio ꝓcedat ex ꝓprijs ⁊ necessarijs simpl'r ⁊
qualiter non.

Ad ratōes. Ad primam dicitur ꝙ
finis est cā efficiētis ⁊ efficiens ē cā finis diuer
simode. q꞉ finis ſm ꝙ ē in intentione ē cā effi/
cientis ⁊ medij ordinati ad finē sed finis ſm
esse qđ h̄ꝫ in executione ē effectus efficiētis in
genere cāe efficiētis. ⁊ sic ꝯsiderando finē ſm ꝙ
est in intentione bn̄ ponit̄ in diffinitione de/
monstrationis. Ad scđam dicit̄ p̄mo ꝙ in ꝓ/
posito ꝓpositiones dicūtur p̄me q꞉ sunt ime/
diate ⁊ indemōstrabiles. Qđ ptꝫ ꝑ ph̄m q̄ ꝓ/
bans demōstrationē eē ex p̄mis ꝓbat ꝙ ē ex in
demōstrabilibus. Jō ꝓpositiones p̄me nō so/
lū dn̄r de p̄mis dignitatibꝰ q̄ ꝑtinēt ad metha
phisicū solū. sed etiā de oībus p̄missis imedia/
tis q̄ pn̄t accipi in aliqua scia ꝑticulari. Scđo
d꞉ ꝙ p̄mū se h̄ꝫ in plꝰ q̄ꝫ verū. ⁊ verū q̄ꝫ imedia
tū. Jō bn̄ ordinant̄ ille ꝑticule. Vn̄ sicut in or
dine veraꝝ ꝓpositionū sunt alique p̄me vere
ita in ordine falsaꝝ sunt alique p̄ie false q̄ op
ponūtur p̄mis veris iō post illā ꝑticulā p̄mis
addit̄ ⁊ veris. ⁊ q꞉ veraꝝ ille q̄ sunt mediate n̄
sunt p̄misse demōstrationis. sed magis ꝯclusio
nis. Jō addit̄ imediatis. Dicit̄ vlteriꝰ ꝙ p̄mū
⁊ prius distinguūtur. q꞉ ad rōem primi suffi/
cit negatio anterioris sed prius cū hoc dic̄ or
dinē ad posterius. ⁊ hoc requirit̄ ad demōstra
tionē scꝫ ꝙ p̄misse habeāt ordinē ad ꝯclusiōēꝫ
⁊ adhuc nō sufficit ꝙ p̄missa sit prior sed requi
ritur ꝙ sit notior. Nā prius et notius distin/
guūtur vt prius dictū ē. ⁊ cū requirit̄ ꝙ p̄misse
sint priores ſm naturā. Jō subiūgit̄ ꝙ sint cāe
ꝯclusionis. vn̄ ptꝫ ꝙ in diffinitione nō ē nuga
tio. Ad secundā dicitur ꝙ in illa diffinitione
dat̄ intelligi ꝙ demōstratio sit ex ꝓprijs ꝑ h̄ qđ
est ex p̄mis. ⁊ ꝑ hoc ꝙ ē ex causis q꞉ necesse ē ꝙ
cāe ꝓxime sint proporcionate effectui. Et etiaꝫ
per hoc quod dicitur immediatis scꝫ ex imme
diatis ſm se. i. ex indemonstrabilibus.

Est autē principiū. Querit̄ octauo
Utrum diffinitio ⁊ diuisio primi p̄cipij im/
mediati sint sufficiēter assignate. Arguitur
ꝙ non. Primo q꞉ prima dignitas que est pri
mū principiū ē prior ⁊ notior omibꝰ alijs. et
tn̄ alie sunt ꝓpositōnes imediate igit̄ male dif
finitur propositio immediata que est qua non
est altera prior neqꝫ notior. Secūdo argui
tur aliquod ē p̄ncipiū demonstrationis qđ nō
est dignitas suppositio vel diffinitio igit̄ ma/
le diuiditur p̄ncipiū demonstrationis per dig
nitatem ⁊ positionē que solū sub se ꝯtinet sup/
positionē ⁊ diffinitionē. Antecedens ptꝫ quia
de propositione ingrediente demonstrationem
que simpl'r ē indemonstrabilis ⁊ nō est digni/
tas neqꝫ diffinitio nec debꝫ dici suppositio. q꞉
etiā i alia scia nō supponit̄. Tercio arguit̄ diffi
nitio ꝯtinet̄ sub positione ⁊ tn̄ nō ſcat eē vl' n̄
esse. nec ē suppositio. igit̄ male diuidit̄ p̄ncipiū
imediatū ꝑ suppositionē ⁊ diffinitiōꝫ. Jn op/
positum est ph̄us in textu.

Sciendū primo. ꝙ postq̄ philoso/
phus posuit diffinitionē materialem demon/
strationis ⁊ ꝓbauit eam ꝑ ꝑticulas eiꝰ. Hic
ꝯsequenter ponit aliqua valentia ad declaratō
nem illius diffinitionis ⁊ etiā ꝓcedentis. Et p̄
mo ostendit quid sit propositio immediata et
quomodo diuiditur quia dictum est ꝙ demō/
stratio procedit ex imediatis. Et secundo pro/
bat ꝙ necesse ē demōstrationē ꝓcedere ex notio/
ribus. Et tercio remouet quosdam errores. q̄
circa dicta possunt contingere ostendendo ꝙ n̄
omnium habetur scientia per demonstrationē
ostendendo ꝙ nō omnia pn̄t demonstrari de/
monstratione circulari. Et p̄mū istoꝝ videbit̄
in questione p̄senti. Circa qđ dicit ph̄s ꝙ p̄nci
piū demonstrationis est propositio imediata.
Et ꝯsequēter illam hoc modo diffinit. Pro/
positio imediata est qua nō est alia prior neqꝫ
notior. Unde aliqua propositio potest dupli
citer dici imediata. Uno modo quia caret me/
dio per quod possit demonstrari predicatū in/
esse subiecto. ⁊c.

Alio mō q2 est prima cōclusioni demōstrande
ꝓcans ꝓpriā ⁊ adequatā cām ei⁹ qḋ ꝓcatur ꝑ
cōclusionē ⁊ h̄ nō cōuenit dignitatibus. Jō nō
ingrediūtur demōstrationē nisi ꝟtual'r. Sȝ ꝑ
positiones q̇ ſm ſubām demōstrationē ingredi
untur dicūtur imediate. Cōsequenter in textu
ad notificandū ꝓpositionē imediatā ⁊ diffitō
nē ei⁹ phs diffinit ꝓpōem in cōi dicens. Pro/
positio ē enūciationis altera ps vnū de vno ſi/
gnificans. Et ꝯseq̄nt̄ diuidit eā in dyaleticā ⁊
demonstratiuā. Jnt̄ quas ponit talē drñaȝ q2
dyaletica indetermiate accipit q̄zlibet ꝑtē ꝯdi/
ctionis eo ꝙ dyaletica ꝓpō ē ꝓbabilis mō non
solū veꝝ ē ꝓbabile. ſed etiā falsū est ꝓbabile.
Jō dyalecticus hȝ viā ad vtrāqȝ ꝑtē ꝯdictōis
Sȝ demonstratiua determiate accipit vnā ꝑtē
ſcȝ determiate verā. q2 demōstratiua ꝓpō debet
eſſe neceſſaria. Jō demonstrato2 nō interrogat
de ꝯsensu r̄ndentis ſicut dyalecticus q2 nc̄citas
ex opinione r̄ndentis nō depēdet. ſicut ꝓbabi/
litas. Jō demōstrato2 ſolū hȝ viā ad ꝑtē verā.
Et quia in diffinitione ꝓpōnis ponit̄ enūcia/
tio. Jō phs diffinit enūciationē h̄ mō: Enūcia
tio est q̇ vtrāqȝ ꝑtē ꝯdictōis ꝯplectit̄. Et q2 in
hac diffinitione ponit̄ ꝯdictio ſubiūgit diffi/
nitionē eius. Dicēs ꝙ ꝯdictio ē oppositio cu/
ius ſcdm̄ ſe nō est dare mediū. Quāuis em̄ in
ter ꝑuationē ⁊ habitū ⁊ inter ꝯtraria imediata
nō ſit mediū circa determiatū ſubiectū. tn̄ ē me
diū ꝑ abnegationē vtriusqȝ ab alio ſubiecto.
vt lapis non est videns nec est cecus ⁊ albedo.
nō est par vel impar. Et adhuc illā imediatōeȝ
quā hn̄t ꝑticipāt a ꝯdictione quā aliq̇ mō in/
cludūt. Nā ꝑuatio ē negatio habit⁹ in ſubie/
cto determiato includunt negationē vni⁹ ad al
terū ⁊ etiā alteꝝ ꝯrioꝝ circa ſubiectū determia/
tū includūt ꝑuationē alteri⁹. ſȝ ꝯdictio penit⁹
caret medio ⁊ hoc hȝ a ſeipa. Jō bn̄ dicit̄ cui⁹
ſcdm̄ ſe nō est mediū. Conseq̄nt̄ exponit phus
q̇d ſit pars ꝯdictionis. dicens ꝙ partiū ꝯtra/
dictionis. quedā est affirmatio que p̄dicat ali/
quid de aliquo. Alia vero ē negatio q̇ remouet
aliquid ab aliquo ⁊ oīa p̄dicta ponunt̄ ad in/
nuendū quid ſit ꝓpositio imediata.

Sciendum ſecundo ꝗꝫ principium
immediatū demōstrationis diuidit̄ in positio
nem et dignitatem que ſic inter ſe differūt quia
positio est quā nō ꝯtingit demonstrare nec ne/
ceſſe est quelibet docendum habere eā id est in/
telligere. ſed dignitas est quā non est demōstra
re ⁊ neceſſe est quelibet docendū habere. Et h⁹
rō est. quia q̄ʒuis in hoc cōueniant dignitas et
positō ꝙ vtraqȝ ē immediata quia predicatū ē
de rōne ſubiecti. tn̄ differunt. quia dignitates
ꝯstituūtur ex termis generalibus vt ex ente. et
vno ⁊ ꝯsimilibus q̇ ſunt noti apud omnes. q2
ens est ꝑma ꝯceptio intellectus. Jō ꝓpōnes q̄
ex illis ꝯponūtur ſunt note apud omnes. Sȝ
positiones que vocant̄ q2 in demonstratōe po
nunt̄ ſic ꝯstituūtur ex termis ſpālibus cū demō
stratio ex termis ſpālibus ꝓcedat ex ꝓp2ys ſȝ
illi termini nō ſunt noti apud omnes. Jō neqȝ
ꝓpositiones que ex ipsis ꝯponūtur. q̄ʒuis tam
ſint ꝑ ſe note ⁊ imediate ſicut ista. oīs angulus
est rectus est omni alteri angulo recto eqnalis.

Conclusio prima. Propositio ime/
diata bene diffinitur q2 est qua nō ē altera pri
o2 neqȝ notio2. Probat̄ ꝯclusio. ꝑ ꝯditiones
bone diffinitionis que ſibi ꝯueniunt. Nō em̄
debet intelligi qua nō est altera prio2 ſimplicit̄
⁊ absolute loquendo ⁊ ſm o2dinem ꝑfectiōis.
ſed intelligendum est ꝙ non est altera prio2 per
quā poſſit demonstrari. Omēs em̄ ꝓpositōes
imediate in hoc ꝯueniunt ꝙ nulla ipaꝝ habet
mediū quo poſſit demonstrari. Jdeo nulla hȝ
ꝓpositionē prio2ē ſe in eodem genere termioꝝ
in qua predicatū prius ꝯueniat p̄dicato q̄ʒ ſb
iecto. Unde dignitates absolute loquendo ſt̄
ꝑo2es positionibus que fo2maliter ingrediūt̄
demonstrationē tn̄ ꝑ hmōi dignitates nō poſ/
ſunt demonstrari ille positiones cū dignitates
ſint cōmunes ⁊ demonstratio ꝓcedat ex ꝓp2ys
Jō ꝓpositio imediata est qua non est altera pri
o2 neqȝ notio2 ꝑ quam poſſit demonstrari.

Conclusio ſecunda: Principiū ime
diatum demonstrationis bene diuiditur ꝑ po
sitionem ⁊ dignitatem Probatur cōclusio per
ꝯditiones bone diuisionis que huic diuisioni
ꝯueniunt. Unde duplicē differentiā aſſignat
Egidius de Roma inter dignitates ⁊ positio
nes. Prima est quia omnes dignitates ſic ſūt
immediate ꝙ ſimpl'r ſunt indemonstrabiles. ⁊
absolute loquendo nō habent alias prio2es.
ſed premiſſe demonstrationis que dn̄r positio
nes nō ſemꝑ ſimpliciter ſunt indemōstrabiles.
ſed ſolum in illa ſcientia in qua tanq̄ʒ ꝑ ſe no/
ta accipiūtur vt premiſſe demonstrationis.
Alia differentia est quia dignitates ſolū dicū/
tur imediate. quia carent medio ꝑ qḋ poſſit de/
monstrari p̄dicatum ineſſe ſubiecto. ſed p̄miſſe
vtroqȝ modo p̄dicto pn̄t eſſe imediate: ⁊ q2 vi/
delicet carent medio: ⁊ quia ꝓpime ſunt ꝯclusi/
oni demonstrande.

Dubitatur primo Qualiter diuidit
positio in textu. Ad dubium rñdetur φ diui/
ditur in suppositionē et diffinitionē. Uñ sup/
positio est positio q̄ dicit aliquid esse vel nō eē.
⁊ sic verū vel falsum fcat. Sed diffinitio ē po/
sitio que nō dicit esse vel nō esse nec debet diffi/
nitio ꝓprie dici suppositio qꝛ illud dꝛ supposi
tio qd supponit hre veritatē. tñ diffo. bñ dꝛ po
sitio qꝛ tanq̄ pncipiū in demōstratione ponit si
cut Arismetricus ponit vnitatem eē aliq̄d idi/
uisibile fm quantitatem ⁊ supponit quantita/
tem esse.

Dubitatur secundo. Utrum predi/
cta diffinitio ꝓpōnis sit sufficiens In qua di/
citur ꝓpositio ē altera pars enūciationis. Et vi
detur φ nō qꝛ diuisa ꝓpositione in dyalecticā.
⁊ in demonstratiuā dicitur φ dyaletica accipit
vtrāq̄ ptē ꝯdictionis igit videt ibi ꝯtradictō
Ad dubiū rñdetur φ sicut in sylogismo cōclu/
ditur vnū d vno ita optet φ ꝓpō q̄ ē premissa
sylogismi sit vna. Jō optet φ oīs sylogizans al
terā ptem ꝯdictionis accipiat. sed tñ ille q̄ a pri
cipio mouet questionē pōt vtrāq̄ ptē interro/
gare. Jō cū dꝛ φ dyaletica ꝓpositio vtrāq̄ ptē
ꝯtradictionis accipit. Nō est intelligendū φ ac
tu ingrediatur sylogismū qꝛ illo mō ē altera ps
tm̄ sed est intelligendū φ quantū ad interroga
tionem sumitur cum vtrāq̄ parte contradictio
nis.

Ad rationes. Ad primā dicitur φ licz
pma dignitas via generationis ⁊ ꝓpter maio
rem cōmunitatem suorum terminoꝝ sit pōr oī
bus alijs tamen non est prior in ratione pnci/
pij sic φ per ipsam alie possint demonstrari. Jō
quelibet illaꝝ inquantū nō pōt demonstrari per
priorem pōt dici pma. Ad secundā dꝛ φ aliq̄
ꝓpositio pōt dici suppositio dupliciter. Uno
mō in ordine ad ꝯclusionē que p eā demōstrat
cui supponit quia de pmissis optet supponere
φ vere sint siue sint simplr indemōstrabiles si/
ue in illa demōstratōe demōstrēt ⁊ h mō h capit
suppositio. Alio modo ꝓpō pōt dici supposi/
tio quia in illa scīa in qua sumitur. ꝓbari n̄ pt
q̄uis possit in alia ꝓbari: Jō supponit vt geo
miter supponit istam veram a quolibz puncto
in quodlibet punctū contingit rectam lineam
ducere quā tamē demonstrat phisicus in sexto
phisicoꝝ. oñdens φ impossibile ē duo indiui/
sibilia in continuo esse imediata ⁊ hoc mō non
capitur hic suppositio sed pmo modo. Ad ter
ciam dicitur φ Arestoteles non diuidit imedi
atam ꝓpositionē. sed mediatū pncipiū. modo
immediatū principiū demonstrationis dici pt
non solum propositio sed etiaz diffinitio siue
positio. Uel aliter dici pōt φ licet diffinitio nō
sit ꝓpositio in actu est tamen in virtute qꝛ cog
nita diffinitione alicuius statim ipsa pōt enū/
ciari. quia cognoscitur inesse suo diffinito.

Quoniam aūt oportz. Querit nono
Utrum necesse sit magis credere pncipijs q̄ cō
clusioni. Arguitur φ non quia non est necesse
credere principijs cū homo volūtarie cōsentit
ipis. igitur non est necesse magis credere pnci/
pijs q̄ conclusioni. Et confirmatur. qꝛ noti/
cia principioꝝ et noticia conclusionis adinui/
cem differunt specie. igitur non sunt adinuicē
cōpabiles scđm magis et minus. Secūdo ar/
guitur. si credulitas principioꝝ excedat credu/
litatem conclusionis. ponamus φ credulitas
principioꝝ sit vt quattuor ⁊ credulitas cōclu/
sionis sit vt tria et remittatur vniformiter tā
dem deueniat ad hoc φ adhuc sit vnus gradꝰ
de credulitate principioꝝ et nihil erit de creduli
tate ꝯclusionis. igitur cognoscentur pricipia de
bite disposita. et non cognoscetur conclusio.
Tercio arguitur conclusionis noticia est noti/
cia alicuius in propria forma ⁊ in particulari
noticia vero principioꝝ est noticia alicuius in
vniuersali. igitur noticia principioꝝ non est ꝑ
fectior noticia conclusionis. Jn oppositū est. p
in textu.

Sciendum primo. Qđ postq̄z phs
ostendit que sunt prima ⁊ immediata. Conse/
quenter ostendit qualiter demonstratio ē ex pō
ribus ⁊ notioribus. Primo ꝓbando φ prin/
cipia ex quibus procedit demonstratio sūt ma/
gis nota q̄ conclusio. Et secundo ostendit φ
falsitas oppositoꝝ illoꝝ principioꝝ debet esse
notissima sicut prima principia sunt notissima
in veritate.

Sciendū scđo. Qꝫ noticia conclusio
nis duobus modis haberi potest. Uno mo/
do p demonstrationem ⁊ ex principijs ⁊ de tā
li noticia conclusionis est hic ad propositum.
Alio modo potest haberi noticia conclusiōis
per sensum. aut quodam alio modo q̄ p demō
strationem et hoc modo conclusio potest eē no
ta sine hoc φ principia cognoscūtur vt patz de
ista conclusione eclypsis solis est. vel sol eclip/
satur.

Conclusio prime: Necesse est magis
credere principijs demonstrationis omnibus

sut quibusdam q̄ȝ ꝯclusioni q̄ demōstrat᷑. Pro
bat ph̄s p̄mo rōne ostensiua sic. ꝓpt᷑ qḋ vnū/
quodq̄ȝ tale e: illud magis vt si diligam⁹ ali/
quid ꝓpter alterū puta magistrū ꝓpt discipu/
lū magis amamus discipulū sed accipiēs no/
ticiā ꝯclusiōis per demōstratōnem credit ipi cō/
clusioni propter p̄ncipia pri⁹ credita ꝛ p̄cogni
ta igit᷑ necesse ē ipȝ mag̃ credere pricipijs q̄ȝ ipi
conclusioni. Secūdo probat rōe ducente ad i
possibile. q: p̄ncipia cognoscunt᷑ añ cōclusiōeȝ
vt dictū ē igit᷑ qñ principia cognoscūtur nōdū
scit᷑ conclusio. si igit᷑ pricipia nō essent notiora
cōclusione sequeretur ꝙ neq̄ȝ sciens neq̄ȝ meli⁹ dis
posit⁹ q̄ȝ sciēs cognoscēt magis ea q̄ nouit q̄ȝ ea
que nō nouit sed h̄ est impossibile q: oportet
magis credere hijs que aliquis nouit vt sunt
principia.

Conclusio secunda. Nō soluȝ opor
tet magis credere principijs q̄ȝ ꝯclusioni sȝ eti
am nihil debet eē certius in falsitate oppositis
p̄ncipioꝝ. Probat᷑ cōclusio q: quicūq̄ȝ dubi/
tat de falsitate vnius oppositoꝝ nō pōt firmit᷑
adherere alteri opposito in veritate q: quantū
formidat de falsitate vnius tm̄ formidat ḋ ve
ritate alterius. igit᷑ necesse ē opposita p̄ncipioꝝ
esse notissima in falsitate. si p̄ncipia sint notissi
ma in veritate. Vñ opposita p̄ncipioꝝ vt ḋr i
textu sunt illa ex quibus est sylogism⁹ ꝯtrarie
deceptionis q̇ generat errorē ꝛ ignorantiā sicut
demonstratio scientiam vt postea videbitur.

Dubitatur primo. Utrum illa ꝓpo/
sitio ꝓpter vnūquodq̄ȝ tale et illud magis sit
vera. Arguit᷑ ꝙ nō q: aliquid est albū ꝓpt᷑ albe
dinē ꝛ tamen albedo nō est magis alba. etiam
ignis genitus ē calidus ꝓpter ignem generan/
tem ꝛ tamen generans nō est magis ignis. Eti
am aliquid fit calidum ꝓpter motū localem. et
tamen motus localis non est magis calidus.
Ad dubium r̄ndetur ꝙ ista ꝓpositio veritatē
habet in oībus causis ꝑ se essentialē ordinem
habentibus ad suos effectus. Nā rō illius ꝓ/
positionis est quia talis causa semꝑ est p̄or et
notior suo effectu. Hoc tamen contingit du/
pliciter. Quia qñq̄ȝ causa ꝛ effectus cōueniūt
in nomīe vt in causis vniuocis et tūc idem no
men per prius ꝛ magis dicitur de causa q̄ȝ de
effectu sicut ignis est magis calidus q̄ȝ ea que ꝑ
ignem calefiunt. Quandoq̄ȝ vero causa ꝛ effe
ctus nō cōueniunt in vno noīe sicut in equiuo
cis ꝛ in talibus nomen effectus nō dicit᷑ mag/
de causa sed bene aliquid dignius et excellenti⁹
sicut in sole qui est cā caloris. In istis inferio/
ribus. licet non sit in eo calor formaliter tm̄ in
eo est aliquid dignius calore vtputa lux vł a/
liqua virtus que est principiū caloris ꝛ sic ise
virtualiter continet calorem. Ideo in istis non
tenet hec regula arguendo scḋm idem nomen.
sed in alijs. Tunc ad primā instantiā dicit᷑ ꝙ
albedo ꝛ album non conueniunt in nomine.
Ideo si aliquid est album propter albedinē nō
sequitur ꝙ albedo sit magis alba sed bene seq̇/
tur ꝙ in albedine est aliquid excellentius albo
quia predicatio essentialis est certior denomi/
natiua. Cum igitur albedo de ipsa predicetur
essentialiter hoc est excellentius q̄ȝ si de ea predi/
caretur denominatiue dicendo albedo est alba.
Ad aliam dicitur ꝙ inter ea que sunt eiusdem
speciei nō est ordo essentialis sed solū acciden/
talis. Ideo propositio non habet veritatem ḋ
igne generante ꝛ genito nisi intelligat᷑ ꝙ ignis
generās sit causa geniti quo ad fieri ꝛ sic ignis
generans magis calidus est q̄ȝ ignis genit⁹ sed
non si capiatur in esse genito. Ad terciā dicit᷑ ꝙ
licet in motu locali nō sit calor formaliter sȝ ta
tum virtualiter tamen in eo est aliquid excellē/
tius scȝ virtus per quā est quodammodo pri/
cipium omniū motuū eo ꝙ est prim⁹ motus.
et primū in vnoquoq̄ȝ genere est causa ꝑ se eoꝝ
que sunt post.

Dubitatur secundo: Quare in p̄ma
rōne prime conclusionis dicitur omnib⁹ p̄n/
cipijs aut quibusdam. Et quid intelligit ph̄s
per melius dispositum q̄ȝ sit sciens in secunda
ratione eiusdem conclusionis. Ad dubiuȝ di
citur primo ꝙ quedam sunt principia ingredi
entia demonstrationem que indigent probatō
ne sicut in scientijs subalternatis q̄ vtunt᷑ p̄nci
pijs ostensis in scientia subalternata. Et talia
principia ante cōclusionē non sunt magis no/
ta conclusione. Vel aliter potest dici ꝙ quādo
q̄ȝ cōclusiones sunt magis note ꝑ sensuȝ q̄ȝ p̄n
cipia ꝑ que cognoscuntur vt ꝙ luna eclipset᷑ q̄ȝ
uis tamē principia sunt magis nota in via ra
tionis procedentis ex cognitione p̄ncipij i cog
nitionē effectus vt ꝙ terra interponatur inter
solam et lunam debet esse notius intellectui q̄ȝ
ꝙ luna eclipsetur. Secundo dicitur ad dubi/
um ꝙ per melius dispositū q̄ȝ sit sciens intelli/
git ph̄s ꝯgnoscentē p̄ncipia q: habit⁹ p̄ncipi
orum dignior est ꝛ ꝑfectior habitu conclusio/
nis qui dicitur scientia. Et habitus pricipioꝝ
dicitur intellectus accipiens nomē p̄ōnecu⁹

est habitus ꝓpter naturalem habitudinē ⁊ im mediatum ordinem ipsius intellectus ad prin cipia quorum cognitionem accipit sine q̄cūq; discursu rōnis sicut cōit p̄mariꝰ actꝰ ⁊ p̄mariꝰ habitus alicuius potentie noiatˀ noie illiꝰ potē tie vt primariꝰ actꝰ volūtatis dr̄ voluntas.

Ad rationes Ad primam dicitur: ꝙ ibi necesse non dicit necessitatem absolutā s; solum necessitatem ex suppositione sc; si debea/ mus assentire ꝯclusioni ꝓpter p̄ncipia necē est magis credere p̄ncipijs Ad cōfirmatōem dr̄ ꝙ noticia cōclusionis ⁊ noticia p̄ncipioꝝ nō p̄nt ꝯpari cōpatione ꝓprie dicta q2 illa fit solū re/ spectu vnius forme in specie p̄nt tn̄ ꝯpari cō/ paratione cōiter dicta q2 cōueniūt in h̄ ꝙ vtra q; noticia ē circa cōprehensionē alicꝰ necessarij ⁊ h̄ modo habitus p̄ncipioꝝ pōt dici certior. ⁊ clarior habitu ꝯclusionis. Ad terciā dicitur ꝙ si noticia pricipioꝝ ⁊ noticia cōclusiōis p̄nt enumerari vniformiter s̄m ꝓportionē. Aris/ metricā que fit scd̄m equalitatē quātitatis seq̄ retur illud incōueniēs sed isto modo nō p̄nt re mitti vniformiter. Sed si remittātur vnifor/ miter s̄m ꝓportionem geometricam hoc ē secū dum equalitatē ꝓportionis vt digiti dicunṫ equaliter crescere in manu scd̄m ꝓportionez h̄ mō ille noticie p̄nt remitti vniformiter s; nūq; sequiṫ illud incōueniens. Ad terciā dr̄ ꝙ cū dr̄ ꝙ noticia principioꝝ ē noticia alicuius in vl'i. si alicuius referetur ad cōclusionem que ꝟtual'r scitur in principijs hoc est verū sed si referatur ad principia hoc est falsum q2 noticia pricipio rum in se multo certior est ⁊ magis distincta ⁊ ꝑfecta q̄3 sit noticia cōclusionis in se accepta

Quibusdam igitur. Queritur decimo Utrū circulo demonstrare sit impossibile. Ar/ guitur ꝙ non quia sylogismus circularis ē vti lis dyaletico ⁊ demonstratori vt dicitur scd̄o. prioꝝ ⁊ tamen est possibilis. igitur demonstra tio circularis est etiam possibilis. Secūdo ar̄. contingit demonstrare effectum ꝑ cām ⁊ cām ꝑ effectum igitur circulo demonstrare est possibi/ le. Tercio arguiṫ. cause sunt sibi inuicem cause vt dicitur scd̄o phisicoꝝ igitur contingit vnā demonstrare ꝑ aliā ⁊ econtra. vt efficientem per finē et finem ꝑ efficientem igiṫ circulo demon/ strare ē possibile. In oppositum est. p. in textu.

Sciendu; primo. ꝙ postq̄3 ph̄us ostendit que sunt principia imediata ⁊ ꝙ opz demonstrationem semꝑ esse ex notioribꝰ sic ꝙ oportet principia demonstrationis magis sci/ re q̄3 cōclusionem. Hic consequenter excludit duos errores qui circa predicta contingunt. Ex hoc ꝙ dictum est ꝙ oportet prius scire pri cipia demonstrationis q̄3 conclusionem. Et ex hoc ꝙ dictum est ꝙ scire est effectus conclusio/ nis. Unde primus error fuit dicentiū ꝙ de nul lo potest esse scientia. Secundus fuit ꝙ omni um possunt esse demonstrationes et potest esse scientia.

Sciendum est secundo ꝙ radix de/ ceptionis illoru; de primo errore fuit q2 p̄mo credebant quia nullius esset sciētia n̄ ꝑ demon/ strationem. Et ꝙ necesse est principia demon/ strationis prescire. Et tunc arguebat sic. vel est ꝓcedere in infinitum in principijs vel est statꝰ si primū non est deuenire ad prima quia nō est infinita pertransire vt ad primū deueniaṫ igi/ tur non est cognoscere prima principia quibꝰ ignoratis nō p̄nt cognosci posteriora. si sit sta tus ⁊ deueniatur ad prima tūc ꝑ demonstratio nem necesse est ea scire anteq; ex eis aliquid de/ monstretur sed impossibile est ea scire cū nulliꝰ habeatur scientia nisi ꝑ demonstrationē que ex prioribus procedit. Et illa principia cum sint prima non habent aliqua priora. igitur siue sit status siue sit ꝓcessus in infinitū in princi/ pijs nihil contingit scire. Similiter radix secū di erroris fuit quia ipi credebant nullius esse scientiam nisi per demonstrationem ⁊ cum hoc dicebant ꝙ circulo demonstrare est possibile. et sic supposito ꝙ in principijs demonstrationis sit status tamen prima principia sciūtur ꝑ de/ monstrationē quia ex conclusione demonstra/ ta contingit illa p̄ncipia demōstrare. sed ad de/ struendum radices istorum errorum ponunṫ due conclusiones.

Conclusio prima. Non omniū sciē tia habeṫ ꝑ demonstrationē sed immediatorū est scientia indemonstrabilis id est non accep/ ta ꝑ demonstrationē. Probat ph̄s quia neces/ se est priora scire ex quibus fit demonstratio. sed necesse est ista principia demonstrationis ī aliqua imediata reducere. sed īmediata necessa rio sunt indemōstrata Nā dn̄r imediata q2 ca rent medio inter subiectū ⁊ p̄dicatū quo possit p̄dicatū de subiecto demonstrari. igitur necesse ē aliquoꝝ habere sciam sine demōstratiōe. Mi nor probatur sc; ꝙ necesse sit principia in aliq̄ immediata reducere. nam nisi sic oporteret in/ ter subiectum et predicatum esse infinita me/ dia. Ex quo sequereṫ ꝙ infinitum esset finitum quia media infinita essent conclusa inter duo extrema ⁊ sic essent finita. Et sic patet ꝙ princi/ piorum est scientia et non solum scientia ymo cognitio ipsoꝝ est principium totius scien/

tie quia ꝑ principia cognoſcunt̄ cõcluſiones ⁊ quia illa principia cognoſcunt̄ ꝑ ſuos termios Nam principia cognoſcimus inquantum ter minos cognoſcimus vt cognito quid totum. quid pars. ſtatim cognoſcimus ꝙ omne totū eſt maius ſua parte. Ideo principium ſcientie eſt cognitio terminoꝝ. Hic tamen accipit̄ ſcia cõmuniter ꝓ omni certa et immutabili cogni/tione ſiue ꝓprie vocetur intellectus qui eſt p̃n/cipiorū ſiue ſcia que eſt cõcluſionū. ⁊ non capit̄ hic ſcia ꝓprie q2 ſic nihil ꝑfecte ſcitur niſi ꝑ de/monſtrationē et ex ignorantia huius diſtinc/tionis de ſcia decepti fuerūt tenentes primam opinionem.

Cõcluſio ſcđa. ⁊ reſpõſalis ad queſitū circulo demonſtrare ꝓpter quid. ⁊ potiſſiē ita ꝙ vtraqꝫ demõſtratio ſit potiſſima ē impoſſi/bile ꝓbatur ꝯcluſio tribus rõnibus phi. Prima eſt q2 in ſylo. circulari idem eſt p̃ncipium ⁊ cõcluſio ſed in tali demõſtratione ꝓcedit̄ ex p̃o ribus ⁊ notioribus. ſimpl'r reſpectu ꝯcluſiõis. ſi igitur circulo ꝯtingat demonſtrare ſequitur. ꝙ idem eſt prius et poſterius ſimpl'r notius ⁊ ignotius reſpectu eiuſdem et in eodem ordine cognitionis qđ eſt ĩpoſſibile. eēt tñ poſſibile in diuerſis ordibus cognitionis. Et ſi queratur quare ſylo. dyaleticus põt eſſe circularis cū idē nõ poſſit eē pri⁹ ⁊ poſteri⁹ reſpectu eiuſdē. Rõ ē q2 nõ opꝫ ipm ꝓcedere ex notiorib⁹ ſimpl'r ſed ex ꝓbabilibus et ex hijs que ſunt magis no ta nobis mõ ꝯtingit idem eē magis et minus notū nobis ſcđm diuerſos modos. Secūda rõ ſi demonſtratio circularis eſſet poſſibilis ſe/queret̄ ꝙ idem poſſet demõſtrari ꝑ ſeipm vt di/cendo ſic homo ē. ğ hõ eſt. ⁊ ſic cuilibet tā ſcien ti q̃ꝫ ignoranti facile eſſet oĩa demõſtrare. ꝓbat̄ ꝯña q2 demonſtrare circulariter nihil aliud eſt q̃ꝫ ex cõcluſione reddere p̃ncipia. ſed tñ ipa cõ/cluſio nõ habet virtutē demõſtrandi illud p̃n/cipiū niſi ſcđm ꝙ ē demõſtrata ꝑ ipm igit̄ idem eſſet ex cõcluſione redire ſupra p̃ncipiū ipm de monſtrando ac ſi ſtatim ex p̃ncipio oſtenderet̄ idem p̃ncipiū. vt ſi dicatur ſi eſt a. eſt. b. ſi ē. b. ē c. ſi ē c. eſt. d. ⁊ ſtat reditus dicendo ſi eſt d. ē. c. ⁊ Si eſt. c. eſt. b. Si eſt. b. eſt. a. Ideꝫ ē ac ſi ſta tim diceretur ſi ē a. ē. a. ⁊ nihil refert ad hoc ꝙ fiat talis reditio an ſint plures termĩ medij aut pauci q2 vltimus nõ habet ꝟtutē ꝓbandi niſi a primo. Tercia rõ ſylogiſmus circularis non eſt in omnib⁹ p̃mis p̃ncipijs ſed ſolū in cõuer tibilibus vt dictū eſt ſecundo ꝓꝝ igitur nõ ē verū ꝙ oĩm poſſit eſſe ſcia ꝑ demõſtrationē ꝙ ⁊ ſi demonſtratio circularis ſit poſſibilis nõ niſi in valde paucis. ipa valet. mõ vanū ē ꝓpt̄ pau ca ponere vnū genus demonſtratiuū igit̄ fl'm ē dicere ꝙ oĩm eſt ſcia ꝑ demõſtrationē q2 ꝯtigit eſſe demõſtrationē circularē. Et hec rõ indirēcte ꝓcedit ꝯ poſitionē tenentiū ſecundū errorem.

Dubitatur primo. Quare in ſecunda ꝯcluſione dictū eſt de demõſtratõe ꝓpt̄ q̇d ⁊ po tiſſima. Ad dubiū rñr ꝙ ꝓcedendo nõ ꝑ demõ ſtrationē potiſſimā põt fieri ſylogiſm⁹ demon ſtratiuus circularis ⁊ hoc contingit trib⁹ mo/dis. Primo mutando demr̃ationē ꝓpt̄ q̇d in demõſtrationē q2 ē vel ecõtra. Scđo demon/ſtrando ꝑ diuerſa genera cauſaꝝ vt finē ꝑ effi/cientē et econtra. Tercio mõ qñ vna ꝯcl'io plu ribus medijs demonſtrat̄ ⁊ ſic demonſtrata fit notior altero illoꝝ medioꝝ et poteſt iteꝝ aſſu/mi ad demonſtrandum ipſum.

Dubitatur ſecundo. Qualiter iſtis caſib⁹ obſuatis poſſibilis ē circulatio. Ad du biū rñdet̄ ꝙ q̃ꝫuis ibi ſit ſylogiſm⁹ circular' tñ non eſt formal'r circulatio in ratione demon/ſtrationis quia non fit regreſſus ab eodē pun/cto in idem punctū formal'r ſed material'r tm̃. vt quando demonſtratur effectus ꝑ cām ⁊ iteꝝ cā ꝑ effectum. In prima demonſtratione cā te/netur vt notior ſimpl'r in ſecunda vero vt mi/nus nota quo ad nos ⁊ ſic ſub diuerſis rõnib⁹ ſumitur in prima et in ſecunda Et iõ ibi ꝓprie non ē circulatio in ratione demonſtrationis ſꝫ in ratione ſylogiſmi. Et ſil'r oñderetur in alijs duobus modis vt quando oſtendit̄ finis per efficientē ⁊ econtra. Eſt alia ratio efficientis. vt eſt cauſa efficiens et vt eſt effectus cāe finalis.

Ad rationes: Ad primam enim dicitur ꝙ ſylogiſmus circularis eſt vtilis dya/letico et demonſtratori quia quandoqꝫ in de/monſtrationibus poteſt fieri ſylogiſmus circu laris q̃ꝫuis nõ ſit circularis demonſtratio Alie due ſolute ſunt ex dictis.

Quoniam autem impoſſibile aliter

Queritur. xi. Utrum ſint tantū quattuor mo di per ſe. Arguitur ꝙ non Primo quia tot mo dis dicitur vnū oppoſitorum quot modis et reliquum ſed tantum ſunt tres modi per acci/dens. ſcilicet quando predicatū accidit ſubie/cto et quando econtra. et quando duo acciden tia eidem ſubiecto inſunt igitur ſunt tantū tres modi per ſe. quia per ſe et per accidens oppo/nuntur. Secundo arguitur. In omni predi/catione ꝑ ſe p̃dicatū eſt de eſſentia ſubiecti vl' ꝓ priū. ei⁹ ⁊ oĩs alia p̃dicatio ē ꝯtigēs vl' remota

Q. xi. V[trum] ſint tātū quattuor modi ꝑ ſe

Posterioꝝ

igitur sunt tātum duo modi dicendi ꝑ se.
Tercio arguitur. Deus est maxime per se ⁊ ta
men non comprehenditur sub aliquo istoꝝ
modorum. igitꝰ mōi ꝑ se sūt insufficiēter assig
nati. In oppositū ē phs in textu.

Sciēdū ṗmo. Quod postq̄ phs osten/
dit quid sit syllogismus demonstratiuus Cō
sequenter incipit ostendere ex quibus ⁊ qua/
libus sit. primo ostēdens ꝙ sit ex necessarijs.
Quod probat philosophus sic. ꝙ omne il/
lud de quo est sciencia impossibile est aliter se
habere. ⁊ sic est necessarium. sed omnis demō/
stratio facit scire. igitur facit conclusionem ne
cessariam. sed cōclusio necessaria non potest fie
ri. nisi ex premissis necessarijs. quia contingēs
aut falsum non potest esse causa necessarij. igi
tur necesse est demonstrationem esse ex necessa/
rijs. Non tamen fit demonstratio ex quibus/
cūq̄ necessarijs. ideo anteq̄ in speciali determi
netur ex quibus ⁊ qualibus fit demonstratio.
Primo modo ostendit arestoteles quid intel
ligatur cum dicimus de omni. cum dicimus
per se. ⁊ cum dicimus vl'e siue primo ⁊ scd̄m.
ꝙ ipsum. quoniam necc̄aria ex quibus est demō
stratio debent esse de omni de per se ⁊ de secūdū
ꝙ ipsum. Et hec tria inter se differūt. Primo
per modum superioris ⁊ inferioris. Nā omē
qd̄ ꝑ se predicatꝰ etiā p̄dicatur de omī. sed non
ecōtra. vt hec est de omni. vt omīs homo est co
loratus. sed non est de per se. Similiter omne
qd̄ inest primo inest per se ⁊ de omni sed nō ecō
tra. Hec eīn propositio. omīs homo est al'est
de omī ⁊ de ꝑ se. sʒ non de ſm ꝙ ipsum. sed ista.
omnis homo est risibilis est de ſm ꝙ ipsum q̄
etiam est per se ⁊ de omni. Scd̄o differūt ratōe
nam aliquid dicitur de omni per comparatio/
nem ad supposita subiecti. sed dicitur per se p̄
dicari per comparationem ad subiectū in se ac
ceptum. quia predicatum ponitur in diffini/
tione subiecti vel ecōtra. sed aliquid dicitꝰ pre
dicari ṗmo per comparationem ad ea que sūt
priora subiecto vel posteriora. vt habere tres ā
gulos nō dicitur ṗmo de figura que est supra
triāgulū. nec ṗmo de ysochele que ē sub ipo. sʒ
ṗmo dr̄ de triāgulo. Vn̄ de omī vt h̄ sumitur
vocatur de omī posterioristicū ⁊ addit supra
de omī prioristicū vl'itatē suppositoꝝ ⁊ tpm.
Nā ad de omī ṗoristicū sufficit ꝙ p̄dicatū de/
notetur iesse subiecto pro quolibet supposito.
ꝑ distributōem. licet nō īsit realiter. Sʒ ad de
oī posterioristicū reqritꝰ p̄dicatū iesse subiecto
ꝓ q̄libet supposito. ⁊ ꝓ q̄libet drn̄a tpis. iō in
diffinitōe de oī. p. ponit duo q̄ꝝ ṗmū iportat
vl'itatem suppositoꝝ cū dicitꝰ de omī q̄dē hoc
dico qd̄ vtiq̄ inest nō in q̄dā q̄dē sic. in q̄dā
āt nō. ⁊ scd̄m imptat vl'itatē tpis cū dicitꝰ. nec
aliqn̄ quidē sic aliquādo q̄dem nō. Et vtrūq̄
itelligitur cum additꝰ cōsequēter. sed de omī ꝑ
est. Et hāc diffinitōem probat phs ꝑ signum
quia si demōstrator dicat aliq̄d dici de omī cō
tra ipm fertur instātia vel si p̄dicatū in q̄dam
supposito nō insit vl' si aliquādo nō īsit. igitur
de omni posterioristicū requirit vl'itatem sup/
positoꝝ ⁊ temporis ⁊ cū hoc explicetur in p̄di
cta diffinitōe seq̄tur ꝙ est sufficiens. sed ad vi
dere quid sit per se.

Sciendum est scd̄o. ꝙ hec preposit[i]o
per potest capi duobus modis. Vno modo
vt importat solitudinem. ⁊ sic aliquis dicitur
per se quando est solitarius Alio modo vt im
portat habitudinem cause. ⁊ hoc dupliciter.
quia quādoq̄ significat habitudinē cause for
malis. vt cum dicitur. corpus viuit per aīmā
quandoq̄ cause materialis. vt hic corpus est
coloratū per superficiem. Quādoq̄ vero ipor
tat habitudinem cause extrinsece. ⁊ p̄cipue cau
se efficientis. vt hic. aqua calefit per ignem siue
predicatū sit causa per se subiecti vel ecōtra Et
quia istis quattuor significatis non habetur
aliquod commune vniuocū. Iō phus nō dif
finit ꝑ se in communi. sʒ notificat ipm per di/
uisionem in quattuor modos ſm illa q̄ttuor
significata. Vn̄ ṗmus modus per se est quan/
do p̄dicatū est de ratione dicente ꝙ q̄d est sub/
iecti. ita ꝙ est de essentia sua. vel pars eius siue
p̄dicetur de ipso in recto siue in obliquo. Exē
plū textus est. vt triangulo inest linea ⁊ pūctuʒ
ineē. q̄r linea est de ratione trianguli. ⁊ pūctus
de rōe linee. Iō dicit phus ꝙ sba eorum. scilicʒ
trianguli ⁊ linee ex his est. nō tn̄ est intelligen/
dū ꝙ linea sit ex pūctis tanq̄ ex ꝑtibus itegra
libus. sʒ ꝙ sba ⁊ essentia quā significat diffini
tio linee est ex pūctis. Secundus modꝰ ꝑseitatis est quādo p̄dicatū dicitꝰ de sbiecto. qd̄ in
sua diffinitione ponitur. nā accn̄s siue in ab/
stracto siue in cōcreto ꝑ suū sbiectū diffinitur.
Sʒ qn̄ diffinitur in concreto sbiectū eius po
nitur in recto in sua diffinitōe. vt cū dicitꝰ si/
mus est nasus curuꝰ. Sʒ qn̄ in abstracto dif
finitur ponitur subiectū in obliquo ꝑ moduʒ
differentie. vt simitas est nasi curuitas. Exem
plū de isto mō vt rectum vel circulare insunt li
nee ⁊ par vl' impar in numero. Et isti duo mo
di per se sunt modi p̄dicandi ⁊ quecūq̄ alia p̄/
dicata neutraliter insunt. hoc ē neutro p̄dicto
rum modorum ꝑ accidens insunt vt albuʒ ⁊

Hec ppo per se pt capi duobus modis

primus modus per se

Secundus modus per se

musicum homini. Tercio mō dicitur per se il lud quod nō dicitur de subiecto aliquo p qd̄ existat. vt omnis substantia. et principaliter p̄ ma que significat hoc aliquid non est in alte ro per quod existat ideo hoc modo dicitur per se. sed quecūqꝫ dicuntur de subiecto per quod existunt sunt per accidens. vt ambulans dici tur cum alterum ambulet. et similiter album. Quartus modus est. quādo aliquid inest al teri propter seipsum. vt si dicamus ꝙ interfe ctum interijt propter interfectionem. quia in terficere sibi conuenit ratione interfectionis et quod inest alicui non propter seipsum per acci dens inest. vt si ambulante aliquo chorusca uerit. quia non propter hoc quod ambulat co ruscauit.

Conclusio prima Predicta diffini tio de omī in textu est bene assignata. patet hec conclusio satis ex dictis. quia de omni poste rioristicum requiruntur duo. scilicet. vniuer salitas suppositorum et temporum. sꝫ ista duo explicantur in ista diffinitione. igitur et cetera ꝓbaretur etiā conclusio per conditiones bone diffinitionis.

Conclusio secunda: Quattuor sunt tantum modi perseitatis. probatur conclusio quia hec prepositio per significat solitudinem et sic est tercius modus. vel habitudinem cau se. et hoc est tripliciter. vel habitudinem cause formalis et sic est primus modus. vl' cause ma terialis. subiecti ad predicatum. et sic est secun dus modus. vel dicit habitudinem cause ex trinsece et principaliter efficientis. et sic est quar tus modus.

Dubitatur primo. Quomodo in simpliciter scibilibus inuenitur per se. Pro du bio considerandum est. ꝙ cum scientia sit pro prie conclusionis que demonstratur. et intelle ctus sit principiorum per simpliciter scibilia. debent intelligi conclusiones in quibus predi cantur proprie passiones de proprijs subiec tis. Tunc respondetur ad dubium ꝙ in sim pliciter scibilibus reperitur per se quo ad secun dum modum et quo ad quartum patet. quia in simpliciter scibilibus predicantur passio nes de suis subiectis. sed passiones predican tur et insunt secundo modo per se. quia subie ctum est de diffinitione predicati. et etiam q̄r to modo. quia passiones insunt causaliter sb iectis propter ipsa subiecta. Ex quo patet ꝙ ea que predicantur in conclusionibus scibilib9. insunt de necessitate. quia passio non contin git non inesse subiecto. igitur de necessitate in est vel simpliciter et absolute vt quando passio vnico nomine nominatur que vocatur passio simplex. vt risibile. vel quando passio sub dis iunctione ad suam oppositaꝫ nominatur que dicitur passio non simplex. vt linee inest rectū. vel obliquum. et numero par vel impar. Et ra tio est. quia contrarium aut priuatio aut con tradictio in eodem genere sunt. sed de subiecto determinato passionis verificatur passio l' ne gatio eius de necessitate. vt numerus est par vl' non par. quia de quolibet est affirmatio vel ne gatio vera. igitur necissario dicitur par vel im par.

Dubitatur secundo. Qualiter in p̄ missis demonstrationis reperitur per se. et vtrū tercius modus in demonstratione reperiatur. Ad dubium respondetur primo ꝙ in demon stratione potissima que fit in prima figura. in maiore reperitur quartus modus. quia pas sio predicatur de diffinitione subiecti causali ter et per se. sed in minore reperitur primus mo dus. quia predicatur diffinitio de diffinito. Dicitur vltra ꝙ licet tercius modus primo et per se conueniat soli substantie. et maxime pri me. tamen fm modum conuenit subiecto cu iuslibet passionis inquantum tale subiectum non est propter suam passionem et est indepen dens ad ipsam. Ideo tercius modus fm mo dum et quandā participationem reperitur in conclusione in qua predicatur propria passio de subiecto.

Ad rationes: Ad primam dicitur ꝙ per se et per accidens solum opponuntur fm suas rationes generales. ideo non oportet tot esse modos vnius sicut alterius. sicut non sūt tot modi substantie sicut accidentis. Ad secundam dicitur ꝙ licet sint tantum duo mo di dicendi per se. tamen sunt plures modi per seitatis. quia additur tercius. qui est modus essendi. et quartus qui vocatur modus causā di Ad terciam dicitur. ꝙ si hec prepositio per dicat priuationem cuiuscunqꝫ cause. sic de us est ens per se. quia penitus nullaꝫ habet cau sam. Et si dicat priuationem cause materialis ex qua tunc intelligentie dicuntur per se. et si p̄ uationem cause materialis in qua. sic omīs sb stantia dicitur per se. vnde tercius modus pōt deo attribui. quia non dicitur de subiecto ali quo per quod existat.

Posterior

Uniuersale autem

Queritur duodecimo Utrum diffinitio vniuersalis sit sufficiens. in qua dicitur. Uniuersale est quod est de omni per se ⁊ ſm ꝙ ipsum. Arguitur ꝙ non. quia vniuersale dicitur quod aptum natum est esse in multis. ⁊ dici de multis. sed non omne tale per se inest nec ſm ꝙ ipsum. Et confirmatur. quia hec propositio. ois hō est animal. est vniuersalis. ⁊ tamen predicatum non inest subiecto ſm ꝙ ipsum. igitur. Secundo arguitur. ista est vniuersalis. homo est risibilis. ⁊ tamen nō est de omni. quia ibi non est distributio subiecti. igitur Tercio arguitur. Esse per se. ⁊ ſm ꝙ ipsum idem sunt vt dicit philosophus. ḡ ista diffinitio est superflua

In oppositum est philosophus in textu

Sciendum primo Qꝫ postq̄ꝫ phs determinauit de omni ⁊ per se. consequenter determinat de vniuersali. ⁊ non capitur hic vniuersale pro illo quod est aptum natum dici de multis. nec capitur pro vniuersali cōplexo. vt est propositio in qua subiicitur vniuersale sūptum vniuersaliter. sed vniuersale hic dicitur pdicatum. taliter subiecto adequatum. qd neqꝫ reperitur predicatum extra subiectum. neqꝫ sbiectum extra predicatum. Et sic vniuersalitas quo aliquid dicitur vniuersale est adequatio predicati ad subiectum que requirit predicatum inesse subiecto pro quolibet supposito. et qualibet temporis differentia. ⁊ ꝙ predicatuꝫ per se insit subiecto. ⁊ tercio ꝙ insit ſm ꝙ ipsuꝫ siue primo. Ideo dicitur in textu. ꝙ quecunqꝫ predicata sunt hoc mō vniuersalia ex necessitate insunt suis subiectis

Sciendum est scdo. ꝙ per se: et ſm ꝙ ipsum idem sunt subiecto. sicut genus ⁊ species in eodem sunt idem. tamen ſm ꝙ ipsum supra per se aliquid addit. sicut species supra suum genus. Nam ſm reduplicat causam inherentie predicati ad subiectum. scilicet causā adequatam ⁊ conuertibilem. ideo ad ſm ꝙ ipsum requiritur ꝙ predicatum insit conuertibiliter subiecto. quod tamen non requiritur ad per se. quia genus de specie per se predicatur. nō tamen ſm ꝙ ipsum.

Conclusio prima Idem est predicatum inesse subiecto ſm ꝙ ipsum ⁊ inesse primo. probatur conclusio. quia primo dicitur aliquid conuenire alicui quod sibi conuenit. ⁊ non per alterum. Et si alijs conueniat conuenit per primum. vt habere tres angulos. non conuenit ysocheli primo. nec etiam conuenit figure primo. quia ysocheli conuenit per alterū. nec etiam conuenit omni figure. sed primo inest triangulo. ⁊ per ipsum consequenter alijs. sed hoc modo aliquid dicitur inesse alteri ſm ꝙ ipsum. igitur conclusio vera. Ex hoc infert philosophus ꝙ solius propositionis in qua predicatum dicitur de subiecto scdm ꝙ ipsum est per se demonstratio. ⁊ de contentis sub illo subiecto solum est demonstratio scdm alterū.

Conclusio secunda et responsalis ad quesitum. Predicta diffinitio vniuersalis est sufficiens. probatur conclusio. quia conditiones bone diffinitionis sibi conueniunt. Nam vniuersale ut hic sumitur dicit predicatuꝫ adequatum subiecto. igit̄ oportet ꝙ tali sbiecto insit de omni ⁊ per se. ⁊ ſm ꝙ ipsum.

Dubitatur primo De erroribus cōtingentib⁹ in assignatione vl'is. nā vt dt text⁹. interdū ɔtingit errare demonstrando predicatum. primo de aliquo subiecto cui tamen non conuenit primo. Ad dubium respondetur cum philosopho. ꝙ sunt tres errores ſm ꝙ contingit tripliciter errare modo iam dicto Primus error est. si sub aliquo communi nō cognoscatur nisi vnum inferius. ⁊ propter hō passionem superioris primo attribuamus illi inferiori. Exemplum textus est. vt si nō cognoscatur alia species trianguli q̄ꝫ ysocheles. et habere tres angulos. ponatur propria passio ysochelis. Causa apparentie huius erroris est quia illo casu posito illud commune ⁊ illud inferius videntur esse conuertibilia Secundus error est. si sub aliquo communi sint multa inferiora. ⁊ cuilibet ratione illius communis aliqua passio conueniat. ⁊ illi communi non sit nomen impositum. tunc si illa passio attribuatur primo alicui illorum inferiorum. aut omnibus simul coniunctim vel diuisim. quibus tamen non inest tanq̄ꝫ subiecto primo. Exemplum dat philosophus de hac passione proportionabiliter commutabile esse que conuenit numeris lineis corporibus ⁊ temporibus Et de numeris ostenditur in Arismetrica. ⁊ de lineis ⁊ corporibus in Geometria. Et de temporibus in Phisica ⁊ Astrologia. ⁊ tamē nulli ipsorum nec omnibus coniunctim sumptis

conuenit tanq̄ʒ subiecto primo. sed alicui com muni innominato in quo omnia ista conue/ niunt. Et q̄ʒuis quantitas omnibus istis sit communis. tamen etiam aliqua alia compre/ hendit. sicut oratio ⁊ quantitas per accidens. ideo hec passio non conuenit quantitati sc̄dʒ ꝙ quantitas est. Causa apparentie huius er/ roris est. quia commune cui primo conuenit illa passio ē innominatum. Et si obijciatur. quia cognoscendo oīa inferiora alicuius cō munis cognoscitur illud commune. Igitur si passionem illius communis de omnibus in/ ferioribus aliquis demonstret coniunctim vł diuisim. sequitur ꝙ illam demonstret de illo cō muni. Ad hoc respondendum cum textu ꝙ ne gando consequentiam. quia quodlibet inferi/ us supra commune aliquid addit. ideo est a/ lia ratio illius communis ꝑm se. ⁊ ꝑm ꝙ est in suis inferioribus. quare non oportet si aliq̄s sciat ipsam passionē de omnibus inferiorib⁹ simul acceptis vel diuisim ꝙ ipsam sciat de ip/ so communi in propria forma. sed soluʒ sciet sophistico modo. vt si aliquis sciat habē tres angulos de scaleron ⁊ ysocheles ⁊ ysopleuro que sunt tres species trianguli nondum cognoscit omnem triangulum habere tres vniuersaliter. sed solum scit illud vniuersale in suis particu laribus. Tercius error est. si sub aliquo com/ muni sint plura inferiora ⁊ ignoretur differē/ tia qua ad vnum illorum contrahatur. ⁊ ꝓp/ ter hoc passio illius inferioris attribuatur sb̄ iecto superiori tanq̄ʒ subiecto primo. Exem/ plum est. vt si ista passio non concurrere que ꝓ mo conuenit lineis paralellis demonstretur de lineis rectis. Primo propter ignorantiā dif/ ferentie inter lineas rectas in communi ⁊ line/ as paralellas. Causa apparentie huius erro/ ris est. quia non cognoscitur differentia cōtra hens superius ad inferius. ideo vidētur esse cō uertibilia. Sed ad euitandum istos errores. Philosophus ponit vnum documentum ta/ le. si sint plura subiecta quibus vna passio cō/ ueniat. ⁊ velimus cognoscere cui primo con/ uenit. tunc ordinanda sunt illa subiecta sc̄dm sub ⁊ supra. ⁊ illud quo posito. ponitur talis passio ⁊ quo remoto remouetur est proprium ⁊ adequatum subiectum illius passionis de q̄ primo ⁊ per se potest demonstrari. ⁊ de alijs so/ lum potest ostendi per ipsum.

Dubitatur secundo. Circa exem/ plum secundi erroris quid est commutata ꝓ/ portio. Pro dubio considerandum est ꝙ pro portio est habitudo vnius quantitatis ad al teram. sicut sex se habent ad tria in proportio/ ne dupla. ita quattuor ad duo. sed proportio nabilitas est habitudo seu collatio plurium. proportionum inter se. que est quandoq̄ʒ dis/ iuncta habens quattuor terminos. vt hic. si/ cut se habet quattuor ad duo sic se habʒ sex ad tria. Quandoq̄ʒ vero est coniuncta ⁊ tantum habet tres terminos ꝑm rem distinctos. sed v/ no vtimur pro duobus. vt hic sicut se habent quattuor ad octo. ita quattuor ad duo. Pa/ tet igitur ꝙ in proportionabilita. duo termi/ ni se habent vt antecedentia. ⁊ duo vt conseq̄n tia. vt in primo exemplo antecedentia sunt sex ⁊ quattuor. ⁊ consequentia tria ⁊ duo. Tunc respondetur ad dubium ꝙ proportō commu tata est est quando duo antecedentia alicuius proportionis inuicem se consequuntur. ⁊ eti/ am quando duo consequentia ad inuicem cō sequuntur. Et sic arguitur a transmutata pro portione. sicut se habent quattuor ad duo. ita sex ad tria. igitur sicut se habēt quattuor ad sex ita se habent tria ad duo.

Ad rationes: Ad primam dicitur ⁊ eius confirmationem. ꝙ patet solutio ex pri mo notabili. Ad secundam dicitur. ꝙ in ista. homo est risibilis est dici de omni posterio risticum. quia ꝑm reʒ ibi est vniuersalitas sup positoruʒ ⁊ temporis. q̄ʒuis ibi non sit de om ni ꝑm denominationem que fit per signuʒ vni uersale. Ad terciam dicitur ꝙ non dicitur in textu ꝙ per se ⁊ ꝑm ꝙ ipsum idem sint cōuer tibiliter. sed ꝙ sunt idem subiecto. ⁊ differunt ratione. vt prius dictum est.

¶ Si igitur est demonstratio:

Queritur decimo tercio: Utrum de/ monstratio sit ex necessarijs. ⁊ ex his que sunt per se. Arguitur primo ꝙ non. quia ex his que sunt frequenter potest fieri demonstratio. vt dicetur inferius. ⁊ tamen illa non sunt ne/ cessaria. igitur demonstratio non est semper ex necessarijs. Secundo arguitur. de genera bilibus ⁊ corruptibilibus est scientia demon/ stratiua. ⁊ tamen non sunt necessaria. igitur dē

Tercio arguitur. substantie non est demō stratio. sed accidentis. igitur demonstratio nō est ex his que sunt per se

In oppositum est philosophus in textu

Sciendu**ʒ** est primo: ꝙ postq̄ʒ phus

Q. xiij: U: demra[tio] sit ex necessarijs ⁊ ex his q̄ sunt per se

proportio diffinit[ur]

dostendit quid sit de omni. quid per se. ꝛ q̇d vni/
uersale. Consequenter ostendit ex quibus est
demonstratio. Primo probando ꝙ est ex ne/
cessarijs. Scḋo probando ꝙ est ex his q̄ sunt
per se. Tercio ꝙ est ex proprijs de quo videbi/
tur in sequenti questione

Sciendum secūdo. ꝙ demōstratio est
ex necessarijs. Quod probat philosophꝰ du/
plici ratione ꝛ signo. Prima ratio est. ea que p̄
dicantur per se insunt necessario. quia vel sunt
de diffinitione subiecti. vel econtra. sed demon
stratio est ex his que per se predicantur. igitur
est ex necessarijs. Minor patet. quia om̄e qḋ
predicatur. aut predicatur per se aut per acci/
dens. Sed ex his que per accidens predican/
tur non fit syllogismus demonstratiuus. igit̄
oportet demonstrationem ex his esse que per se
sunt. Secunda ratio. illud quod demonstra/
tur. scilicet conclusio. non potest aliter se habe/
re vt patet per diffinitionem scire. ꝛ ita est neces
sarium. sed necessarium non potest sciri. nisi ex
necessarijs. igitur cum demonstratio faciat sci/
re oportet ꝙ fiat ex necessarijs. ꝛ in hoc differt
ab alijs syllogismis qui sunt ex veris vł proba
bilibus tantum. Tercio probatur a signo cō
tra demonstrantem fertur instantia si non pro
cedat ex necessarijs siue instans sic opinetur es/
se siue hoc faciat gratia disputationis. Igitur
demonstratio debet esse ex necessarijs. Conseq̄n
tia tenet. quia ibi instantia non infertur. nisi
ostendendo ꝙ ibi deficit aliquid eorum que in
demonstratione requiruntur. Ex dictis infert
philosophus. ꝙ stulti sunt illi qui opinantur
se bene accipere principia demonstrationis. si p̄
positio assumpta sit probabilis cum debeat es/
se necessaria. Ideo dicit philosophus ꝙ tales
sunt sophiste. quia videntur demonstrare. ꝛ ta
men non demonstrant. Et quia in secunda ra/
tione supponebatur ꝙ necessarium non potest
sciri per medium contingens. ideo ad illḋ ostē
dendum ponitur

Conclusio prima. Necessarium nō
potest sciri ex non necessarijs. Probat philo/
sophus dupliciter. Primo. quia omne quod
scitur cognoscitur p̄ medium dicens propter
quid siue causam rei scite. vt patet per diffini/
tionem scire. sed medium non necessarium nō
dicit causam conclusionis necessarie. quia re/
mota causa remouetur effectus. ꝛ tale mediuz
cum sit contingens potest remoueri. non autē
conclusio cum sit necessaria. igitur medium cō
tingens non dicit propter quid conclusionis
necessarie. Secunda ratio. si aliquis nunc nes
cit aliquam conclusionem. cum tamen habeat
eandem rationem quam prius habuit ꝛ sal/
uatus est. ꝛ res salua est. nec est oblitus rei. ille
prius nesciuit illam conclusionem. sed cognos
cens conclusionem necessariam per medium cō
tingens corrupto illo medio. nescit illam con/
clusionem. quia de ente non habetur scientia p̄
non ens. ꝛ tamen habet eandem rationez quā
prius habuit. saluus est ꝛ res salua nec est ob/
litus. igitur neq̄ prius sciuit quando mediū
nundum erat corruptum. Et in hac ratōe in/
nuit philosophus quattuor modos amitten
di sciaz siue aliū habitū. Primus modus est
qn̄ amittitur ratio qua res p̄us sciebatur Se/
subsumi ysocheles Et ꝙ poterit fieri subsump
tio in latus patz q̄ q̄nq̄z ɔtingit subsumē pla
non subalternatim posita ad inuicem que ta/
mē sunt sub medio demōstrationis vt sub ista
maiore omnis numerus est finitus vel infini/
tus pōt sumi numerus impar ⁊ deinde nume/
rus par ad probādum ꝙ vterq̄z sit finitus vl'
infinitus. Et istis duobus vltimis mōis nō
multiplicantur demonstrationes ꝑ diuersa me
dia. sed virtute eiusdem medij demonstrātur
plures ɔclusiones quaꝝ tam̄ sola prima ē ꝓpt
quid ⁊ potissima alie sunt particulares et hec
de secundo.

Ad ratōes. Ad primam dicitur: ꝙ
rarius ɔtingūt tales deceptōes ⁊ ignorātie in
demonstratis q̄z in dyaleticis. iō nō valz ɔseq̄n
tia. Ad scdām dr̄ ꝙ in aliquibꝰ demōstratiuis
ꝓceditur ex notioribꝰ nobis ⁊ q̄nq̄z ex notori/
bus scdm naturā. Unde in mathematicis
vbi eadem sunt nota primo nobis ⁊ nature.
ꝓcedimꝰ a notiorbꝰ nob et etiā natue. sz i phi/
sicis ⁊ in methaphisicis demōstratōes ꝓcedūt
ex notioribꝰ simpl'r ⁊ ignotioribꝰ nobis quā/
tum ad aptitudinē sue nature. sz tn̄ in vtrisq̄z
oportz ꝙ ꝑmisse sint nobis in actu notioēs q̄z
ɔclusio alit ꝓpt ꝑmissas hō nō crederet ɔclusi
oni. Ad terciā dr̄ ꝙ h̄ ɔꝑat phs scias demon/
stratias ɔclusionū acq̄sitas ꝑ demonstratōem
ad scias ɔclusionū acq̄sitas ꝑ alias argumen/
tatōes. vt ꝑ sylogismū enthimema vl' exēplum
iō nō ē ɔ̄ ɔclusioēz phi ꝙ scia pricipioꝝ demīa
tōis certior ē scia ɔclusiois. Et hec de q̄stiōe.

Sed quia differūt ⁊ propter ⁊c.

Querit̄ vicesimo: Utrum demōstratō
ꝓpter quid ⁊ demōstratō q̄ est. inter se differāt
Arguit̄ ꝙ nō ꝑmo. q̄ ois demōstratō. ē sylogis
mus faciēs scire. sz scire ē rem ꝑ cām ɔgnoscere
igitur omis demōstratio ē ꝓpter q̄d. Secūdo
arguit̄ aliqua demōstratio. q̄ ē procedit ex cau
sis vt dr̄ in textu. igit̄ nō ois demōstratio q̄ ē.
differt a demōstratōe ꝓpter q̄d. Tertio arguit̄
impossibile ē de aliq̄ scire propt̄ q̄d q̄n de eodē
sciatur quia ē. Nā questio q̄ ē ꝑcedit questio/
nē ꝓpter quid ē. igit̄ demōstratio ꝓpt quid et
q̄ nō distinguūtur inter se. In oppositū est
phs in textu ꝑmo videbit̄ de q̄sito.

Sciendum est primo: Q̄ postq̄z phs
determinauit de demōstratione propt̄ quid fm
se ⁊ absolute. Conseq̄nter determiat de ipsa in
cōꝑatōe ad demonstrationē q̄ ē ostēdēdo dif
ferentiā vnꝰ ab altera. Et ꝑmo assignat drn̄az
eaꝝ in eadē sciētia. Et secūdo in diuersis scien
tijs. ⁊ in eadē scia assignat duplicē differētiaz
scdm duo que requirūtur ad demōstratōez ꝓp
ter quid. Unum est ꝙ sit ex causis. Aliud est ꝙ
sit ex imediatis ⁊ proxis. Primo igit̄ differūt
q̄ demōstratio. q̄ ē q̄nq̄z fit ꝑ cām nō imedia/
tam sz remotā. Alio mō quia si fit ꝑ imediata
nō tamē est per causam sz ꝑ effectus conuerti/
biles ⁊ imediatos ⁊ talis demōstratio ꝓcedit ꝑ
illud qd̄ est notius q̄ ad nos. Nā effectꝰ q̄nq̄z
est nobis notior licet causa simpliciter sit noti
or. Et de isto scdo mō ꝑmo dat phūs exempla
vt si demōstretur ꝙ planete prope sunt ꝑ illud
mediū. q̄ nō scintillant est demōstratio ab effec
tu ad causam. q̄ nō scintillare nō ē causa ꝙ pla
nete prope sunt sed ecōtra q̄ prope sunt ergo n̄
scintillant. nā visus in apphensione ipoꝝ non

caligat. Aliud exemplu3 est vt si demonstretur ꝙ luna est circularis figure. qꝛ augeť ⁊ diminuitur circulariter talis demōstratio ē ab effectu cōuertibili ad causam suam. Et vt diciť in textu tales demōstratōes possunt ꝯuerti in demōstratione propter quid faciendo de medio maiorē extremitatē ⁊ ecōtra. Quādoq3 etiā demōstratio quia ē ꝓcedit ab effectu nō ꝯuertibili quādo talis effectus ē nobis notioꝛ ⁊ cū effect⁹ excedit minorē extremitatē ⁊ excediť a maioꝛe bene fit demonstratio affirmatiua vt si de homie demōstreť ꝙ habet animā sensitiua3 qꝛ moueť motu ꝓgressiuo. Sed si mediū sit ꝯuertibile cū maioꝛe extremitate ⁊ excedat minoꝛem non fit demonstratio affirmatiua vt non sequiť iste habet pulsum conmotū. igiť febꝛicitat. sed fieret negatiue sic. iste non hab3 pulsum ꝯmotu3 ergo non febꝛicitat. Deinde dat exēplū ph̄s de ꝑmo modo vt si demonstreť ꝙ paries non respirat. qꝛ non ē aīal. ibi non eē aīal est causa remata huius qꝺ ē non respirare ⁊ non ꝓpiqua qꝛ esse aīal non ē causa ꝓxima hui⁹ qꝺ ē respirare. sed esse aīal habēs pulmonē est causa ꝓxima respirādi modo sicut affirmatio est causa affirmacionis. ita negatio est causa negationis Et talis demōstratō semꝑ fit negatiua. Nā posita cā remota nō ponitur effectus. s3 ipa remota remoueť. ⁊ p̄t fieri hoc mō in scꝺa figūa Oē respirās est aīal. paries nō est aīal ḡ nō respirat ⁊ arguendo sic. om̄e respirās h3 pulmonē. paries nō h3 pulmonē. igitur nō respirat ibi ē demonstratio propť q̇d ꝓcedens ꝑ causā ꝓpriā Qn̄q3 vero vt diciť in textu pꝛocediť ꝑ causā remotā. qn̄q3 per remotioꝛē. qn̄q3 ꝑ remotissimā. Exemplū est de argumento. Anatarsidis sic arguentis in syria. ħ est apꝺ scitas nō sūt vites. igiť ibi nō sunt sibulatoꝛes. Istꝺ mediū ē valde remotū. sed pꝛopinqui⁹ poneretur non habere vinū pꝛo medio ⁊ ꝑ sibulationē p̄t intelligi q̇libet cant⁹ vľ specialr̄ vindemiātiū.

Sciendum est secundo: Q3 inter demonstratōem pꝛopť quid ⁊ qꝛ. ph̄s ōn̄dit differētiā in diuersis sciētijs. pꝛimo quādo vna scientia est subalterna. ⁊ scꝺo quādo sūt penitus disparate. ꝑmo differunt quādo vna scia est subaltera. quia in sciētia superioꝛi fiūt demōstratōes ꝓpter quid ⁊ in sciētia inferioꝛi fit demōstratio qꝛ est. ⁊ sic qꝛ est et pꝛopter quid pertinent ad diuersas sciētias suboꝛdinatas. ⁊ vt dicit text⁹ multociēs aliqui sciūt pꝛopť quid ⁊ nesciunt qꝛ est. Et istud intelligendū est de affirmatiua ꝯclusione vniuersali. quia quicūq3 scit ꝓpter quid de aliquo vniuersali scit etiam qꝛ est de ipo. sed non pꝛopť hoc scit. qꝛ est de ꝑticularibus sub eo cōtentis. Jō sciētes vniuersale nesciunt multotiēs queda3 singularia. qꝛ non cōsiderant habitudinē eoꝝ ad suū vniuersale. ⁊ ecōtra aliqui possunt scire. qꝛ ē qui tam̄ ignoꝛāt ꝓpter quid ⁊ hoc ꝯtingit in sciētijs sbalternatis. qꝛ vna ē alteri suboꝛdinata. Vn̄ scientia subalternans ⁊ sbalternata differūt ex parte subiecti. quia quādoq3 subalternās cōsiderat ea que habent esse in materia pure ⁊ absolute. vt geometria cōsiderat lineā ⁊ supꝑficiem q̄ sunt in materia nō tamē inq̄3tū sunt in materia sensibili. sed abstrahendo ꝭm consideratōnem. s3 econtra scieutie subalternate applicant ad materiā sensibilē ea que ꝯsideranť in mathematicis absolute. ideo in superioꝛib⁹ scientijs fiunt demonstratōes absolute ꝑ foꝛmā ⁊ i inferioꝛibus per foꝛmā contractā ad materiā sensibilem ⁊c̄.

Conclusio prima. Scientia que est subalternata respectu vnius est subalternans respectu alterius ⁊ respectu ipsius dicit ꝓpter quid. patet quia perspectiua ē inferioꝛ ad geometriam. ⁊ tamē respectu scientie de yꝛide. ē sbalternās ⁊ dicit pꝛopter quid. nā sciētia de yride applicat pꝛīcipia ꝑspectiue ad determinata3 materiā sensibilem. ⁊ sic patet ꝙ differūt pꝛopť quid ⁊ quia est in scientijs suboꝛdinatis: s3 in scientijs nō suboꝛdinatis vt sunt medicina ⁊ geometria isto mō differūt vt medic⁹ per experientiam scit ꝙ vulnera circularia tardius sanantur q̄3 oblonga ⁊ ita scit quia est tantū. sed geometer de illo scit ꝓpter q̇d sc3 qꝛ circul⁹ est figura sine angulo. iō partes vulneris circularis magis distāt q̄3 alterius ⁊ sic non possunt de facili coniungi.

Conclusio secunda. Demonstratio pꝛopter quid ⁊ quia est ab inuicem distinguūtur ⁊ similiter scire q̄ causanť ab ipsis/ ꝓbať cōclusio ꝑ differētias assignatas in eadē sciētia quia demōstratio pꝛopter quid ē ex ꝓpꝛijs causis ⁊ imediatis. sed demōstratō qꝛ est fit ex causis remotis vel ab effectu ad causam. ꝓbatur etiā conclusio per differentias assignatas ī diuersis scientijs qꝛ ille demōstrationes ab inuicem distinguūtur que habent determinate fieri in diuersis scientijs. sed sic est de pꝛopter quid et quia est igitur.

Dubitatur primo Quot modis vna scientia potest esse sub altera: Ad dubium respondetur ꝙ duobus modis Vno modo quādo subiectum vnius est species subiecti alteri⁹ sicut animal est species coꝛpoꝛis naturalis, iō

sciētia de animalib⁹ ē sub scientia naturali ꝛ h̄ modo vna scia nō ē alteri subalternata. Alio° vna sciētia ē sub alia quādo subiectū inferioꝛ cōtrahit subiectū superioris ꝑ differētiā extraneā. ꝛ se habet ad ipsuz sicut materiale ad formale. ꝛ hoc modo h̄ intelligit᷑ vnā sciam ēē sub altera. Et dicitur esse subalternata alteri sicut ꝑspectiua ē sub geometria ꝛ musica sub arismetrica. Et de istis dicit᷑ in textu ꝙ sunt vere vniuoce. quia vniuoca dicūtur quoꝝ ratio ē vna ꝛ ratio a forma sumitur ꝛ quia iste sciētie vnā formā cōsiderant. ideo sunt fere vniuoce Et dicit᷑ fere. qꝛ sciētia superioꝛ accipit illā formam simpl'r ꝛ absolute. sed scia inferioꝛ applicat illā formā ad materiam sensibilem:

Dubitatur secundo. Quot requirunt᷑ ad hoc ꝙ vna scientia sit alteri subalternata. Ad dubiū respondetur ꝙ due conditiones requiruntur. Prima est ꝙ scientia subalternans demonstret propt᷑ quid ꝛ sciētia subalternata quia est. Secunda est ꝙ subiectū scientie subalternate contrahatur in scientia subalternata ꝑ differentiam extraneam. ita ꝙ subiectum sb'alternate se habeat ad subiectū sb'alternantis sicut materiale ad formale.

Ad ratioēs. Ad primā dicitur ꝙ nō omne scire est rem per causam cognoscere vt diffinitio scire. sed solum scire propter quid Ad secundam dicitur ꝙ demonstratio quia est nūꝙ procedit per causam propriam ꝛ immediataz sicut demonstratio propter quid. Ad terciā dicitur ꝙ licet de eadem conclusione vniūsali ꝯgnito propter quid. cognoscatur quia est non tamen de quolibet particulari. ꝛ dato illo ꝙ haberentur de eadem conclusione. adhuc differrent. quia demonstratio propter quid non solū ostē dit veritatem rei. sed causam veritatis. et ab illo ultimo habet actualiter denominari. licz virtualiter contineat virtutem demonstrationis quia est.

Figurarum autem

Querit᷑ vicesimoprimo: Utrum ꝑma figura maxime faciat scire. Arguitur ꝙ non. qꝛ in qualibet figura fit sylogismus demonstratiuus propter quid. igitur in qualibet figura fit sylogismus faciens scire simpliciter ꝛ sic prima non facit magis scire ꝙ̄ alie. Secundo arguitur. i alijs figuris a prima fit omne genus demonstrationis. ꝛ demonstratio propt᷑ quid ꝛ quia ostensiua. ꝛ ad impossibile. affirmatiua ꝛ negatiua. vniuersalis ꝛ particularis. igitur ꝑma non maxime facit scire. Tercio arguitur. sicut fiunt demonstrationes propter q̇d affirmatiue ita fiunt negatiue. igitur in secunda figura que concludit vniuersaliter ꝛ negatiue possunt fieri demonstrationes potissime negatiue igitur prima figura non maxime facit scire. In oppositū est Phūs in textu.

Sciendum est primo: Q. postq̄z phūs tractauit de materia sylogismi demonstratiui. Hic consequenter determinat de ipso sylogismo demonstratiuo ostendens in qua figura fiunt potissime demonstrationes.

Sciendum est secundo. Q. quia tercia figura concludit tantum particulariter ꝛ demonstratio est de vniuersalibus. ideo ista cōparatio principaliter fit inter primam ꝛ secundam figuras. Et quia in secunda figura soluz concluditur negatiue. ideo si non essent demonstrationes negatiue in prima figura adhuc cōparatio esset inutilis. Et ob hoc Philosoph⁹ in isto passu ostendit ꝙ sicut sunt alique propositiones affirmatiue immediate ꝛ alique mediate ꝛ demonstrabiles ita dicendum est de negatiuis. ꝛ

Conclusio prima. Omnium figurarum prima est maxime faciens scire simpliciter. Probat philosophus tripliciter Primo quia illa figura est maxime faciens scire in qua maxime fiat demonstratio propter quid. sed ꝑma figura est huiusmodi quia scientie mathematice que maxime propter quid demonstrāt᷑. semper vel in pluribus vtuntur prima figura Igitur prima figura maxime facit scire. Secunda ratio est. ꝙ quid est habet potissimuz locum in demonstrationibus quia diffinitio dicens ꝙ quid est. est principium demonstrationis. vel conclusio vel tota demonstratio positione differens. sed ad inuestigandum ꝙ quid ē sola prima figura est conueniens. Igitur solū in ea fiunt demonstrationes potissime.

Minoꝛ patet. quia quod quid est de eo cuius est vniuersaliter ꝛ affirmatiue ꝑdicatur quod solum fit vel concluditur in prima figūa. Tercia ratio alie figure in suis demonstrationib⁹ indigent prima. ꝛ prima non indigz ipsis Igitur prima est maxime faciens scire. Antecedēs probat philosophus quia ad perfectam demōstrationem oportet sumere propositiones immediatas vel si sint mediate oportet ꝙ reducātur ad immediatas. Qd̉ fit dupl'r. scz ꝯdēsando media ꝛ augmētando. sz hec condensatio ꝛ

augmentatio solū fit ꝑ primā figurā q̄ꝛ solum in p̄ma figura cōcluditur vniuersalis affirmatiua. Nā solū in prima figura est mediū int̄ extrema Igitur alie figure indigent prima.

Conclusio secunda: Alique sunt ꝓpositiones negatiue mediate ⁊ alique immediate. Probat ph̄s de mediatis q̄ꝛ si alterū extremoꝝ sit sub aliquo toto ⁊ aliud sub nullo ꝯtineatur vl̄ si ambo extrema sub diuersis totis ꝯtineantur talis ꝓpositio ē mediata exemplū de primo. vt nulla quātitas ē hō arguendo in secunda figura. oīs homo ē suba. nulla quātitas ē suba. Igitur nulla quātitas ē hō. In h̄ exemplo maioꝛ ē in aliquo toto. mioꝛ autē nō. ⁊ pōt fieri ecōtra ꝙ maioꝛ sit totū ⁊ nō mioꝛ sic in prima figura. nulla q̄ntitas ē suba ⁊ oīs linea ē quātitas. igitur nulla linea ē suba. Exemplū de secundo. vt sic arguendo nulla albedo ē linea pōt fieri in secūda figura capiēdo ꝓ medio totū p̄dicati sic arguendo. Oīs linea ē q̄ntitas nulla albedo ē quātitas. Igit̄ nulla albedo est linea. Sed capiendo totū subiecti ꝓ medio fieret syllogisimꝰ in p̄ma figura. Et debꝫ intelligi in hoc secundo mō dū tn̄ extrema nō cōtineantur sub eodē toto ꝓxio sed sub diuersis ꝓximis. quia si sic esset ꝓpositio fieret immediata vt nl̄lū irrōnale. ērōnale sꝫ si sint sb eodē toto remoto ⁊ sub diuersꝭ totis ꝓximis adhuc ē demonstrabilis vt hec nullus lapis ē homo Secundā ꝑtem ꝯclusionis ꝓbat ph̄us. quia si ambo extrema ꝓpositionis sint quedā tota n̄ sub alternatim posita vt nulla suba ē quātitas talis ꝓpositio ē immediata. Qd̄ ꝓbatur q̄ꝛ si caperetur mediū ad demonstrandū ipam fieret syllogismus in prima figura vel in secūda vel in tercia. nō in tercia quia solum cōcludit ꝑticulariter neqꝫ in prima. quia cum in ea minoꝛ sit sēper affirmatiua. oportet minorē extremitatē ꝯtineri sub aliquo toto. neqꝫ in secunda q̄ꝛ oportet aliquam premissaꝝ esse affirmatiuā ⁊ cum medium semꝑ predicetur oportet alterū extremoꝝ esse sub aliquo toto. Igitur in secunda figura non posset demonstrari.

Dubitatur primo. Quare in prima figura fiunt potissime demonstrationes. Ad dubium respondetur ꝙ causa huius est debita dispositio medij prime figure. quā requirit demonstratio potissima propter habitudinē cause ꝓprie ad effectum propriū.

Dubitatur secundo: Quando condensatur medium et quando augmentatur. Ad dubiū respondetur ꝙ mediū condensatur quando est mediatum minori extremitati. q̄ꝛ tunc oportet inter ipsum ⁊ minorem extremitatem sumere aliud medium vel plura. Sed augmentatur quando inter medium ⁊ maiorem extremitatem alia media assumuntur.

Ad ratōes. Ad primam conceditur ꝙ in qualibet figura fiat syllogismus propter quid. sed non ita euidens sicut in p̄ma figura.

Ad secundam negatur ꝯsequentia quia in alijs figuris a prima non fit demōstratio vniuersalis ⁊ affirmatiua que inter omnes est euidentissima. Etiam demonstrationes que fiunt in alijs figuris sunt reducibiles ad primam.

Ad terciam dicitur ꝙ in secunda figura sūt demonstrationes negatiue. sed adhuc euidentius fiunt in prima figura. etiā in sola prima figura est demonstratio affirmatiua. que sola potest esse potissima simpliciter.

Ignorantia autem. Queritur. xx. secun. Utrū deficiente nobis aliquo sensu necessario sit deficere scientiā de ꝓprijs sensibilibus illius sensus. Arguitur ꝙ nō primo q̄ꝛ deficiente nobis aliquo sensu possunt in intellectu remanere intentiones particulares ⁊ etiā vniuersales ꝓprioꝝ sensibiliū illius sensus sicut abeunte sensibili maneret species sensibilis in memoria. Igitur nō est necesse deficiente aliquo sensu scientiam illius proprij sensibil' deficere. Secundo arguit̄ deficiente cā ꝑ accidens non oportet effectum deficere. sed sensus est causa per accidens scientie igitur. ⁊c̄. Tercio arguitur si ita esset sequeretur ꝙ de abstractis a materia vt de mathematicis. ⁊ de substantijs separatis non possumus habere scientiam. quia ista non sunt sensibilia. consequēs est falsum. Igitur ⁊c̄.

In oppositum est ph̄us in textu.

Sciendū est primo: Qꝫ postq̄ꝫ ph̄us determinauit de sylogismo demonstratiuo quo acquiritur scientia. Consequēter determinat de falsigrapho qui dicitur paralogismꝰ discipline quo acquiritur ignorantia. Jō dicitur syllogismus ignorantie. Sed quia nō omnis ignorantia. ꝑ syllogismum inducitur. Jō distingnit Aristoteles duplicem ignorantiā Prima est simplicis negationis vt quando aliqs d̄ re oīno nihil scit vt rusticꝰ d̄ ꝯclusiōibꝰ geometrie. Alia ē ig̅rātia p̄ue dispositōis. qn̄ scꝫ aliquis habet ꝯgnitionē. sed tn̄ corruptam vt dum credit esse quod non est vel nō esse qd̄

eſt. Et hec ignorãtia dicit̃ error ⁊ ꝯtingit duo
bus modis. Uno mõ cũ aliquis opinat̃ oppo
ſita ꝑncipioꝝ immediatoꝝ ⁊ tũc opponit̃ cog
nitioni que dicit̃ intellectus. Alio° ꝯtigit opi
nando oppoſitũ ꝯcluſionũ demõſtrabiliũ. Et
vtraqꝫ iſtaꝝ põt ꝓuenire dupliciter. Uno° ꝑ
ſimplicẽ apprehenſionẽ vt cũ aliquis ſine du/
ctu rationis falſum opinatur. Alio mõ põt ha
beri ꝑ diſcurſum vt qñ aliquis inducit̃ ad cre
dendũ falſum ꝑ aliquẽ ſillogiſmũ ſicut dt phs
quarto methaphiſice ꝙ quidã negauerũt ꝑnci/
pia velut rõnibus ꝑſuaſi. Aliȷ̃ nõ ꝑſuaſi rõe ſꝫ
ꝓpter ineruditionẽ. vel qꝛ ſunt nimis aſſueti
dicere vel audire falſum aut ꝓpter inordiatũ
fauorẽ alicuius doctoris. Et hec ignorantia
vocatur in textu ſimplex opinio qꝛ nõ inducit̃
aliquo ſylogiſmo. ⁊ quia ipſa eſt magis volũ/
taria qꝫ rõnalis. Jõ de modis eius hic nõ trac/
tat phs. ſed ignorantia que eſt ꝑ ſylogiſmum.
que diffinitur qd ẽ ꝑ ſylogiſmũ facta deceptio.
Et de modis quibus cauſatur videbit̃ inferi⁹

Sciendum eſt ſecundo ꝙ concluſio
falſa ſiue opponat̃ ꝑncipiȷ̃s imediatis ſiue cõ/
cluſioni vere nõ ꝯcluditur niſi ꝑ ſylogiſmũ fal
ſum. Sed ſylogiſm⁹ falſus põt eſſe dupliciter
qꝛ vel deficit in forma ⁊ ſic ẽ apparẽs bonus.
vel quia habet aliquã ꝓpoſitionẽ falſã. ⁊ vtro
qꝫ mõ ꝯtingit ꝑalogiſare circa ſylogiſmũ dya/
leticũ qui ꝓcedit ex cõibus. ſed in demõſtratiua
ſcientia que eſt ex ꝓpriȷ̃s ⁊ neceſſariȷ̃s nõ cadit
niſi ſylogiſmus qui eſt falſus ꝓpter materiam.
De quo dicit̃ ꝑmo thopicoꝝ ꝙ fit ex propriȷ̃s
ſed nõ ex veris. Unũ cũ forma ſylogiſtica int̃ cõ
munia ſit ꝯnumeranda ſylogiſmus ignorãtie
oppoſitus demõſtratiuo nõ peccat in forma ſi
logiſtica. ſed ſolũ in materia ⁊ circa ꝓpria di/
ſcipline. Et hic ſylogiſm⁹ diuerſis modis ha/
bet fieri. Nam ſicut duplex ẽ ꝓpoſitio vera. et
imediata. ſcꝫ affirmatiua ⁊ negatiua. ita du/
plex eſt paralogiſmus diſcipline ſcꝫ affirmati/
uus. ꝯcludens affirmatiuã falſaꝫ ꝯtrariã nega
tiue vere. ⁊ negatiu⁹ ꝯcludens negatiuã ꝯtra/
riã affirmatiue vere. Et primo determĩat phs
de affirmatiuo falſo. qui ꝯcludit ꝯtrariã nega
tiue vere et imediate. Secũdo de negatiuo qui
ꝯcludit contrariũ affirmatiue immediate. Ter
cio agit de negatiuo falſo qui ꝯcludit ꝯtrarium
affirmatiue vere ⁊ mediate. Quarto agit de ſyl
logiſmo affirmatiuo falſo qui ꝯcludit ꝯtrariũ
negatiue vere ⁊ mediate ⁊ circa iſtos modos.
ponitur prima.

Concluſio prima: ſilogiſmus affirma
tiuus falſus ꝯcludens ꝯriam negatiue vere et
imediate non fit in ſecunda figura nec in tercia
ſed ſolũ in prima. Probat̃ ꝯcluſio qꝛ in ſecun
da figura ſolũ ꝯcluditur negatiẽ. ⁊ in tercia ſo/
lum ꝯcluditur ꝑticulariter. ⁊ hic ſylogiſm⁹ eſt
vniuerſalis ⁊ affirmatiuus. Igitur nõ fit in ſe
cũda figura nec in tercia. ſed ſolũ in prima. Et
hoc dupliciter. vel ex ambabus falſis vel ex al/
tera tantũ ſi ex ambabus falſis aut in toto. vt
hic omnis qualitas ẽ ſuba. oĩs q̃ntitas ẽ q̃li/
tas. Igit̃. ⁊c. Uel ex duab⁹ in ꝑte falſis vt om
ne ꝑfectũ eſt ſuba. omnis q̃ntitas ẽ ꝑfecta igit̃.
⁊c. Ex maiore vera ⁊ minore falſa ſic om̃is in/
telligentia eſt ſubſtantia oĩs q̃ntitas eſt intelli
gentia Igitur. Sed nõ põt fieri ex maiore. et
minore vera qꝛ tunc minor extremitas eſſet in
aliquo. toto. Igitur negatiua circa quã eẽt ig/
norantia nõ eſſet imediata. ſed poſſet oñdi per
illud totũ. ⁊ ſic patet de prĩo ſylogiſmo in qua
figura habet fieri. Ideo videndũ eſt de ſecun/
do ſcꝫ de ſylogiſmo negatiuo ꝯcludẽte ꝯtrariã
affirmatiue imediate. Qui quidẽ ſylogiſmus
nõ etiã in tercia figura. ſed bene fit in prima et
in ſecũda. In prima aũt fieri põt ex duab⁹ fal/
ſis aut altera tantũ. Ex duabus falſis vt h nul
la albedo eſt color ⁊ oĩs nigredo ẽ albedo igit̃.
⁊c. Sed ex maiore vera ⁊ minore falſa fit ſic.
nulla q̃ntitas ẽ color ⁊ oĩs nigredo ẽ quãtitas
igitur. ⁊c. Et maiore falſa ⁊ minore vera. ſic fit
nulla qualitas eſt color. oĩs albedo ẽ qualitas
igitur. ⁊c. Sed in ſecunda figura nõ põt fieri
ex ambabus in toto falſis. ſed fit ex ambabus
in ꝑte falſis vt omne aĩal ẽ maſculũ. null⁹ hõ ẽ
maſculus. igitur nullus hõ ẽ aĩal. Et maiore
negatiua ⁊ minore affirmatiua. vt nullũ aĩal ẽ
maſculũ. omnis hõ eſt maſculus. igitur. ⁊c. ꝑt
etiã fieri ex altera falſa tãtũ ſiue maiore ſiue mi
nore indifferenter tam in Cameſtres q̃ꝫ in ceſa/
re. Et ſic patet de ſylogiſmis ꝯcludentib⁹ ꝓpo/
ſitionẽ falſam ꝯtrariã ꝓpoſitioni imediate Jõ
videndũ ẽ de aliȷ̃s duob⁹ ſyllogiſmis Unũ ſyl
logiſmus concludens negatiuam falſam con
trariam ꝯcluſioni affirmatiue mediate non fit
in tercia figura ꝓpter cãm dictã. ſed fit in ꝑma
⁊ ſecũda. In prima fit dupliciter. Primo per
mediũ ꝓpriũ quo demõſtratur ꝯcluſio ꝟa mu
tando maiorẽ demõſtrationis in ſuã cõtrariaꝫ
⁊ ſic maior ẽ ꝟa ⁊ mĩor falſa vt nullũ aĩal rõale
ẽ riſibile. oĩs hõ eſt aĩal rõnale. igit̃ ⁊c. Alio mo
do fit ꝑ mediũ ſimile proprio vt nullũ animal
eſt riſibile. oĩs hõ eſt aĩal. igitur. ⁊c. hoc medi/
um eſt ſimile ꝓprio quia vere affirmatur de mi

nore extreitate sicut τ ꝓpriū. Tercio° fit ꝑ me
dium extraneū ex ambabus falsis vt nulla oli
ua est viuens. omnis hō ē oliua. igitur. ꝛc. Et
ex maiore vera. vt nullus lapis est viu⁹ omnis
homo est lapis. igitur ꝛc Sꝫ nō pōt fieri ex mi
nore vera quia mediū extraneū nō pōt verifica
ri de minore extremitate. Sed in secūda figura
nō potest fieri ex vtraqꝫ in toto falsa sed vtraqꝫ
falsa in parte vt om̄e sensibile est rationale nul
lū animal ē rōnale. igitur. Etiā pōt fieri ex ma/
iore vera τ minore falsa τ ecōtra. Sed ad vi/
dendū de quarto sylogismo. qui infert ꝯtrariū
negatiue vere τ mediate intelligendū ē ꝙ ille sy
logism⁹ solū fit in prima figura ꝓpter cās p⁹
dictas. et fit simpl'r p̄mo mō per mediū ꝓpriū
quo demōstrabaṫ ꝯclusio negatiua vera. vt ōis
substantia est quātitas ōis hō ē suba. igiṫ Se
cundo mō fit ꝑ mediuꝫ simile ꝓprio. vt omne
agēs ē quātitas ōis hō ē agēs igiṫ. Tercio mō
ꝑ mediū extraneū. τ si tale mediū capiaṫ sb ma
iore extremitate maior est vera τ mior falsa vt
ōis temperantia est virtus. ōis grāmatica ē tē/
perantia igiṫ. Sed si mediū nō sit sub maiore
fit ex ambab⁹ falsis. vt ōis albedo est virt⁹. ōis
grāmatica est albedo igitur. Et sic patet q̄t mo
dis pōt per sylogismū ignorantie fieri deceptio
in nobis siue ignorantia praue dispositionis.
Sed ad videndū de ignorantia pure negatio
nis ponitur.

Conclusio secunda: Et rasponsalis
ad quesitū deficiente nobis aliquo sensu secun
dum actū τ potentiam necesse est nobis defice/
re scientiā de proprijs sensibilibus illius sen/
sus. τ per hoc pōt ꝓuenire ignorantia pure ne
gationis. Probat phus qꝛ quicquid scim⁹ sci
mus ꝑ demonstrationē vel inductionē sed de/
mōstratio ē ex vlibus que sine inductione cog
nosci nō pn̄t. Inductio vero ē de ꝑticularibus
que sine sensu ꝯgnosci nō pn̄t igitur deficiente
aliquo sensu deficit nobis inductio de ꝓprijs
sensibilibus illius sensus. sed deficiēte inducti
one demōstratio τ diffinitio deficit qua defici/
ente etiā deficit scientia. igiṫ ꝯclusio vera. Ex cō
clusione sequitur ꝙ dupliciter pōt alicui defice
re aliquis sens⁹. Vno mō a natiuitate vt si nū
q̄ꝫ ꝑ sensus habuerit species sensibiles de pro/
prijs sensibilibus. Alio mō post natiuitatē. et
postq̄ꝫ acquisiuit spēs sensibiles de sensibilib⁹
ꝓprijs τ solū d̉ primo mō est hic ad ꝓpositū
τ non de secundo. Non eniꝫ oportet ꝙ si quis
amittat visū post ꝯgnitionē coloris ꝙ ꝓpter
hoc careat scientia de coloribus. quia de hijs q̄
prius sentijt remanet in eo memoria qua po/
test de coloribus habere scientiam.

Dubitatur primo. Utrū possibile
sit nos habere scientiam de rebus per spēs ꝑti
cipatas ab ydeis sicut dicebat plato. Ad du/
biū respōdetur breuiter ꝙ nō. nā si hoc esseꝫ ve/
rū nō indigerem⁹ ꝯgnitiōe singulariū. τ hec po
sitio platonis remoueṫ ꝑ iā dicta. Secūdo
remoueṫ positio dicentiū ꝙ in hac vita possu/
mus ꝯgnoscere subas sepatas quantū ad q̇d ē
quia nihil apprehendim⁹ quantū ad quid est
nisi mediante sensu τ ille sube sunt insensibiles
igitur. ꝛc.

Dubitatur secundo: Utrum ignorā
tia simplicis negationis τ p̄ue dispositiōis eo
dem mō se habent ad sylogismū. Ad dubiū re
spondetur ꝙ non qꝛ ignorantia simplicis ne/
gationis non fit ꝑ silogismū eo ꝙ sylogismus
ꝓcedat ex aliquibus prius ꝯgnitis. Mō ta/
lis ignorantia nō fit ex p̄existenti ꝯgnitione. sꝫ
ignorantia praue dispositionis q̄nqꝫ causaṫ ꝑ
sylogismū sicut patet ex dictis.

Ad ratioēs. Ad primā patet solutio
ex dictis. Ad scd̉aꝫ d̉r ꝙ duplex ē cā ꝑ accidēs
quedā ē que nihil facit ad effectū q̄ scꝫ po sita
vel remota nihilomin⁹ fit effect⁹ τ hoc modo
sensus nō est causa ꝑ accidens scie. Alia ē cā per
accn̄s que licet nō sit ꝑficiens tn̄ ē coadiuuās
p̄parans vel ꝯsilians. que dicitur ꝑ accidēs in
ordine ad cām p̄ncipalē ad quā se habet mini
sterialiter τ tali causa remota nō fieret effect⁹. et
hoc modo se habet sensus ad acquisitionē sci
entie. Ad terciā d̉r ꝙ mathematicalia sunt se/
pata ſm rōem. tn̄ ſm esse sunt ꝯiuncta materie
sensibili. Ideo ꝑ sensum possum⁹ de ipsis acq̇
rere scientiam. Et de substantijs separatis di/
citur ꝙ in pn̄ti statu nō ꝯgnoscimus quid sūt.
sed solum quia sunt vel quid non sunt ad ꝯg/
nitionē aliquoꝝ effectuū et hoc fit tripliciṫ per
viam remotionis per viam causalitatis τ emi
nentie.

Est autē sylogismus Queriṫ vicesi/
mo tertio. Utrum determinatis extremis demō
strationis possibile sit media esse infinita. Ar
guitur ꝙ sic. quia inter duo puncta que sūt ex/
trema linee sunt infinita puncta media: igitur
determiatis extremis possibile est media esse in/
finita. Secundo arguitur Inter colores ex
tremos sunt infiniti colores medij causati ex
cōbinatione extrēoꝝ q̄ infinitū variari possunt
igitur sequitur qd̉ p̄us Tercio arguiṫ n̄ ē de
ueniendū ad p̄ncipia īmediata. igiṫ in medijs

demonstrationū est ꝓcessus in infinitū. Añs ptꝫ quia data quacūqꝫ ꝓpositione vera p̄dicatum potest oñdi de subiecto vel ꝑ rationē subiecti vel ꝑ rationem predicati.

In oppositum est phs in textu.

Sciendum primo. Qđ postq̄ꝫ phs determiauit de ignorātia p̄ue dispositionis et de ignorantia pure negationis q̄uo causatur in nobis. Hic ꝯsequenter ad remouendū vnam cām ignorantie negationis in nobis quā aliq̇ assignauerūt. Oñdit ꝙ in medijs demōstrato nū ⁊ in demōstrationibꝰ nō est ꝓcessꝰ in infinitū. Aliqui eñ dixerūt ꝙ nihil possumꝰ scire eo ꝙ in ṗncipijs demōstrationū ē ꝓcessus in infinitū ꝓpter infinitatē medioꝝ ⁊ sic non esset deueniendū ad prima principia vbi.

Sciendum secundo. Quot circa hanc determiationē. Aristoteles mouet tres questiones supponēdo ꝙ in demōstratiōe sunt tres termi scꝫ ṗmus qui est maior extremitas mediꝰ. et vltimus qui est minor extremitas. Pria questio est. Utꝝ dato infimo subiecto sit ꝓcedere in infinitū supius ascendendo in p̄dicatis sic ꝙ nunq̄ꝫ detur supremū p̄dicatū. Scđa est dato vniuersalissimo p̄dicato. vtrū ꝯtingat in infinitū ꝓcedere descendendo in subiectis sic ꝙ nunq̄ꝫ deueniat ad infimū subiectū. Tercia est titulus questionis que ꝓpinquior ⁊ ṗncipalior ē p̄senti intentioni. Nō eñ p̄nt demōstrationes aliter ꝓcedere in infinitū nisi q2 int subiectū ⁊ p̄dicatū ꝯclusionis demōstrabil' subincrentur infinita media. Possit etiā formari quarta questio que ꝑ modū ꝯclusionis ponit in textu. Utrū scꝫ posito statu in affirmatiuis demōstrationibus ⁊ p̄dicationibꝰ necessario. sit status in negatiuis. Et istaꝝ q̄stionū quasdam reducit phus ad alias oñdens ꝙ eaꝝ solutio ex solutione aliaꝝ habet. Ostenso eñ ꝙ impossibile est extrema esse infinita oñdit etiaꝫ ꝙ impossibile ē media esse infinita. Similr si affirmatiue predicatiōes ⁊ demōstratiōes sint finite oportet necessario ita esse de negatiuis.

Cōclusio ṗma. ⁊ respōsalis ad quesitū determinatis extremis impossibile est media eē infinita. Probatur ꝯclusio q2 si detur supremū p̄dicatū et etiā infimū subiectuꝫ. supmū p̄dicatū prius predicabitur de aliquo medio sibi ꝓpinquo q̄ꝫ de infimo ⁊ adhuc ṗmo de ꝓpinquiori. Similiter infimū subiectū prius subijceretur p̄dicato sibi ꝓpinquo q̄ꝫ distantiori. si igitur sint infinita inter media sequit ꝙ supmū nunq̄ꝫ dicetur de infimo nec infimū subiceretur supremo quia impossibile est infinita ꝑtransire. ⁊ sic non est supremū predicatū nec infimum subiectum quod est contra suppositūꝫ nec valet dicere ꝙ non potest dari predicatum propinqum infimo subiecto quod tñ supponitur quia siue detur siue non ex quo inter media sunt infinita nūq̄ꝫ deuenietur ad supremū predicatū sic ꝙ dicatur de infimo subiecto nec subiectum subicietur predicato.

Conclusio. secunda. Si sit status in predicationibus ⁊ demonstrationibꝰ affirmatiuis necessario ē status in negatiuis. Probatur ꝯclusio quia oīs ꝓpositio negatiua. vel est immediata. ⁊ sic ibi est status vel mediata ⁊ tunc habet ꝓbari ꝑ aliquam affirmatiuā Qđ patet in prima figura vbi ꝯclusio negatiua ꝓbatur ꝑ maiorē negatiuā in qua maior extremitas remouetur a medio ⁊ per minorē affirmatiuā in qua mediū dicitur de minori extremitate. vel igitur maior extremitas immediate remouetur a medio ⁊ sic ibi est status. vl' prius remouetur ab aliquo quod includit in medio ⁊ per illud remouetur a medio. Et tūc illđ affirmatur de medio ⁊ per ꝯsequens de minore extremitate de qua medium affirmabatur ⁊ sic ꝯsequenter si augeatur demonstratio est ꝑ p̄dicata affirmatiue dicta de miori extremitate igitur si nō sit ꝓcessus in infinitū in demōstrationibus affirmatiuis sequitur ꝙ nec in negatiuis.

Dubitatur primo. Utrum in predicationibus affirmatiuis sit ꝓcedere in infinitum. Ad dubium respondetur ꝙ impossibile est in predicationibus affirmatiuis ꝓcedere in infinitū siue ascendendo in predicatis siue deorsum descendendo in subiectis. Probat phs primo logice idest per rationes procedentes ex cōmunibus quia omne quod de alio p̄dicat. vel predicatur vt substantia vel vt accidens. Si primū iam impossibile est ire in infinituꝫ siue sursum siue deorsum quia tale p̄dicatum esset de diffinitione subiecti vel econtra. ideo si in infinitū ꝓcederet impossibile esset dare diffinitionē cū impossibile sit infinita cōprehendere. Etiam omne tale predicatum est genꝰ differentia vel species ⁊ in generibus generalissimis est status igitur. Si vero aliquid predicetur vt accidens. hoc nō est nisi tripliciter. vel p̄dicatur accidens de subiecto vel subiectū de accidēte vl' accñs đ accñte. sꝫ nullo istoꝝ moꝝ. ꝓceditur in infinitum Igitur. Minor patet quia cum dicitur lignū est album nō p̄ot intelligi ꝙ aliud subiectum q̄ꝫ lignum sit factum.

album et sic ex parte subiecti ibi est status. Si
militer nõ intelligitur aliud q̃ album fieri in
ligno ⁊ sic ex ꝑte p̄dicati est status. Similiter
in secundo mõ cũ dicitur albũ est lignũ q̃uis
non sit sensus ꝙ lignum accidat albo tãq̃ sub
iecto tñ ẽ sensus ꝙ lignũ in cõi inest alicui ꝑti/
culari ligno cui accidit esse albũ neq̃ ẽ vltra de
scendendũ ex ꝑte subiecti. ⁊ sic iste secũd⁹ mod⁹
plus distat a p̄dicatione ꝑ se q̃ prim⁹ modus
Sed in tertio mõ cũ dicit̃ albũ ẽ musicũ nõ ẽ
sensus ꝙ musica inest albedini. sed ꝙ quidam
particularis homo cui accidit esse albũ ẽ mu
sicus ⁊ sic in quolibet istoꝝ modoꝝ ẽ stat⁹ nec
valet si dicatur ꝙ infinita vni accidunt. quia
si illa sint singularia tunc non habent rationẽ
p̄dicabilis. nec infinita secundũ actũ p̃nt eidẽ
accidere. Si vero illa accidentia sint v̾lia eciã
non sunt infinita. quia solum sunt nouẽ gene
ra accidentiũ ⁊ sic in p̄dicationib⁹ affirmatis
est status sed forsan cõtra ṗmũ menbrũ h⁹ di/
uisionis posset sic argui ꝙ p̄dicata que subam
p̄cant sunt separata existentia extra singularia
Ideo hoc remouet p̄hus dicens. Gaudeãt ge
nera ⁊ species quia si sic sunt monstra sunt ⁊ si
ita essent nihil facerent ad demõstrationẽ quia
non possent vere ⁊ affirmatiue p̄dicari. Secũ/
do ꝓbat p̄hus idem analetice id est rõne ꝓce/
dente ex proprijs huic scientie. quia si esset ꝓ/
cessus in infinitũ in extremis demõstrationis:
vt in subiectis ⁊ in predicatis. Uel hoc ẽẽt in
primo modo per se vel in secundo nõ in secun
do quia in tali modo subiectũ est de diffinitio
ne p̄dicati. ⁊ si ex ꝑte p̄dicati ꝓcedatur in infi/
nitum ita etiam est ex ꝑte subiecti. Igitur im/
possibile esset constituere diffinitionẽ p̄dicati.
verbi gratia si impar predicetur de numero nu
merus est de diffinitione eius ⁊ si aliquid d̾ im
pari p̄dicetur oportebit ꝙ numerus ⁊ ipar sint
de sua diffinitione. Et si iterũ aliquid aliud de
illo p̄dicet̃. oportebit ꝙ numerus ⁊ impar ⁊ il
lud terciũ sint de diffinitione quarti cũ omnia
se habeant in ratione subiecti respectu illi⁹ q̃r/
ti. ⁊ sic si ꝓcedatur in infinitũ oporteret diffi/
nitionẽ infinita cõprehendere quod ẽ impossi
bile. Et similiter patet de ṗmo modo. q̄ȝ ibi p̄/
dicatũ est de diffinitione subiecti. igitur impos
sibile ẽ hmõi p̄dicata esse infinita. q̄ȝ impossibi
le esset diffinitionẽ constituere.

Dubitatur secundo Utrum in prin
cipijs demonstrationũ et in demonstrationib⁹
sit procedere in infinitũ. Ad dubium respon/
detur ꝙ nõ ꝙ satis patet ex dictis. quia v̾l esset
in affirmatiuis vel in negatiuis. Non in affir
matiuis vt probatum est in primo dubio. nec
in negatiuis. quia si sit status in affirmatis ne/
cessario est ⁊ in negatiuis. vt dicit secũda ꝯclu
sio. Ex dictis etiam sequitur ꝙ si aliquod cõ/
mune conueniat multis. non oportet semꝑ il/
lud conuenire ipsis mediante aliquo cõmuni.
in quo conueniunt. quia aliquando deuenien
dum est ad imediata. vt si habere tres angulos
cõueniat speciebus trianguli per aliquod com
mune in quo conueniunt puta per triangulum
non oportet iterũ illud cõmune cõuenire illis
speciebus per aliud. sed tandem in aliquo cõ/
muni est status.

Ad rationes. Ad primã dicitur ꝙ licet
in linea sint infinita puncta secundũ potentiã
et inter extrema finita non tamen sint infinita.
secundũ actum. Ad secundã dicitur ꝙ non
sunt infiniti colores medij quia ꝓportio extre
morum colorum conueniens ad ꝯstitutionem
vnius speciei non est variabilis in infinitum.
Ad terciam dicitur ꝙ quando predicatũ ẽ
completa diffinitio subiecti vel pars eius non
oportet ꝙ possit de subiecto demõstrari ꝑ diffi
nitionẽ subiecti. ideo talis ꝓpositio est inme/
diata.

Cum autem sit demon. Queritur
vicesimoquarto. Utrum demonstratio vni/
uersalis sit potior et dignior ꝑticulari. Ar/
guitur ꝙ non tribus rationibus textus. Pri
ma est demonstrationũ illa est potior que ma/
gis facit scire cum scire sit finis ⁊ ꝑfectio demõ/
strationis. sed demonstratio ꝑticularis magis
facit scire quia facit scire aliquid secundum se.
vniuersalis vero secundũ aliud. igitur. Secũ
da ratio particulare est magis ens q̃ vniuersa
le cum vniuersale non sit aliquid preter parti/
cularia. igitur particulare est magis scibile. q̄ȝ
vnũquodq̃ est scibile secundum ꝙ est ens. Igi
tur demonstratio particularis est potior vni/
uersali. Tercia ratio demonstratio vniuersalis
generat errorem. particularis vero non. Igit̃
particularis est potior vniuersali. Antece/
dens patet quia cum demonstratio vniuersa/
lis aliquid demonstret de vniuersali p̄ter sin/
gularia vt de triangulo secundum se ⁊ non de
partibus eius videtur inducere opiniones. ꝙ
vniuersale sit preter singularia ⁊ sic generat er/
rorem.

In oppositũ est p̄hus in textu ⁊c̃.

Sciendum est primo Quod postq̃
determinatũ est de demonstratione secundũ se.
Consequenter agit p̄hs de demonstratione cõ/
paratiue ꝯparando demonstrationes ad inuicem

Et quia scientia ex demonstratione causat᷑. iō
etiam finaliter agit de ꝯparatione scientiaꝝ ad/
inuicē ⁊ de ꝯparatione scientie ad intellectū ⁊ opi
nionē ⁊ solertiā. Et q᷑ triplex est diuisio demō
strationis scʒ in vniuersalem ⁊ ꝑticularē ⁊ affir
matiuā ⁊ negatiuā. in ostensiuā ⁊ in ad impos
sibile. Jō agit phūs de ꝯparatione istaꝝ demon/
strationū. Et primo de ꝯparatione vl'is ad ꝑti/
cularē Pro quo.

Sciendum est secundo ꝙ demon/
stratio dicitur vniuersalis ꝑ quā demonstrat᷑
ꝯclusio in q̄ p̄dicatur passio de suo subiecto ꝓ/
prio ⁊ demonstratur per ꝓpria p̄ncipia ⁊ cau/
sas subiecti. ⁊ sic accipitur vl'e vt prius diffini
tum est. Sed ꝑticularis demōstratio d᷑ i qua
demonstrat᷑ passio de subiecto nō sibi adequa/
to sed de aliquo ꝑticulari ꝯtento sub p̄mo sub/
iecto aūt de aliquo suꝑiori eius accipiēdo pro
principio talis demonstrationis vniuersalē cō
clusionē sub qua continetur illa ꝑticularis.

Conclusio prima. Et responsiua
demonstratio vniuersalis dignior ē ⁊ potior
ꝑticulari. Probat᷑ septē rōnibus phī. Prima
rō est demonstratio ē sylogismus ondens cām
⁊ propter quid. sed vniuersale magis ē cā re/
spectu passionis q̄ꝫ ꝑticulare. Igit᷑ demōstratio
vniuersalis ē potior. Minor patet q᷑ subie/
ctum vniuersale passionis ē illud cui per se pri
mo in est passio sed primū in vnoquoqꝫ gene/
re est magis causa q̄ꝫ scd̄m. igitur vniuersale est
magis causa q̄ꝫ particulare. Scd̄a rō in oi/
bus que sunt ad finē contingit querere ꝓpter
quid. quousqꝫ deueniat᷑ ad vltimū finē simpli
citer qui amplius non fit ꝓpter aliud quo ha
bito cessat motus inquisitionis. Igitur etiam
ita est in omnibus alijs causis q̄d semꝑ ꝯtin/
git querere quousqꝫ deueniatur ad p̄ma cām q̄
habita cessat motus inquisitionis ⁊ ꝑfecte scit᷑
illud cuius causa queritur. Sꝫ demonstratio
ꝑticularis nō resoluit aliquid in primā causaꝫ
sed semꝑ ꝯtingit vltra querere q᷑ ꝓ p̄ncipio su
mit ꝯclusionē demōstrationis vl'is. Demōstra
tio aūt vl'is vsqꝫ ad p̄ma principia ⁊ imediata
resoluit. Igitur facit scire simpl'r. et sic ē potior
ꝑticulari. Tercia rō quāto magis ꝓceditur ver
sus ꝑticularia tanto magis ꝓceditur ad infini
tum. q᷑ infinitū materie ꝯuenit que est princi/
pium indiuiduationis. sed quanto magis ꝓ/
ceditur ad vniuersale tanto magis ꝓcedit᷑ ad
aliquid simplex formale ⁊ finitū. q᷑ rō vl'is ex
ꝑte forme sumitur. que simplex ē ⁊ termīat infi
nitatem materie. sed infinita inquantuꝫ hmōi
non sunt scibilia. sed aliqua sunt scibilia inq̄n
tum finita. Jō forma est p̄cipiū scie. Igit᷑ vni
uersalia sunt magis scibilia q̄ꝫ ꝑticularia ⁊ per
ꝯsequens magis demonstrabilia ⁊ sic demōstra
tio vl'is est potior ꝑticulari. Quarta rō. illa de
monstratio est potior que plura facit scire. sed
vniuersalis est hmōi respectu ꝑticularis. quia
vl'is facit scire vl'e ⁊ ꝑticulare sb̄ eo contentum
Particularis vero tm̄ facit scire ꝑticulare. Il/
le em̄ qui scit oēm triangulū hr̄e tres angulos
scit ysochelem habere tres si sciat ipm̄ esse trian
gulum ⁊ si hoc nesciat in actu scit tn̄ in v̄tute.
sed sciens ysochelem habere tres ꝓpter hoc nō
scit illud de triangulo. Quinta rō. demōstratio
ꝓcedens ex p̄ncipio imediato potior est illa q̄
ꝓcedit ex principio mediato aut ex nō ꝑ̄cipio
igitur demonstratio ꝓcedens ex principio ꝓpi
quiori potior est illa que ꝓcedit ex principio
remotiori. Sed demōstratio vl'is ꝓcedit ex ꝓ
pinquiori ꝑticularis vero ex remotiori. quia
pro principio capit ꝯclusionē vt dictū ē. Se/
xta ratio. Illa demonstratio est potior que ē ex
potioribus ꝓpositionibus sed vniuersalis ꝓ
positio potior est ꝑticulari quia facit scire vl'e.
⁊ particulare simul. Particularis v̄o ꝑticula/
re tm̄ Et hec ratio nō differt a quarta nisi quia
ibi fiebat ꝯparatio conclusionū. In ista v̄o fit cō
paratio p̄missaꝝ. Ultima rō. demonstratio vni
uersalis est intelligibilis q᷑ termīatur ad vni/
uersale q̄d solo intellectu cognoscit᷑. ꝑticularis
v̄o terminat᷑ ad ꝑticulare, quod directe ꝑ sensū
cognoscitur sed intellectus potior est ⁊ certior
sensu. igitur demonstratio vl'is est potior ⁊ cer
tior ꝑticulari. Ex ista ꝯclusiōe sequitur secūda

Conclusio secunda. Demonstratio
vniuersalis magis facit scire rem s̄m se et in ꝓ
pria forma q̄ꝫ ꝑticularis. Probat᷑ ꝯclusio. q᷑
demonstratio ꝑticularis facit scire s̄m aliud et
non s̄m se vt vl'e. sicut habere tres angulos de
monstratione vl'i demonstratur de triangulo:
cui ꝯuenit s̄m se. ⁊ demōstratione ꝑticulari on̄
ditur de ysochele cui cōuenit s̄m aliud. igit᷑ cō/
clusio vera.

Dubitatur primo Quod est ma
gis ens vel vl'e vel ꝑticulare. Ad dubiū r̄ndet᷑
ꝙ licet ꝑticulare quantū ad naturalem subsistē
tiam dicat᷑ magis ens q̄ꝫ vl'e. tn̄ quantū ad esse
scibile ⁊ quantū ad id q̄d rōnis est vl'e ē magis
ens q̄ꝫ ꝑticulare. quia est incorruptibile ⁊ ꝑpe/
tuum. Particulare v̄o est corruptibile. ⁊ h̄ sibi
accidit rōne principioꝝ indiuidualiū ⁊ nō rōe
vniuersalis. ⁊ quantum ad suam subsistentiaꝫ
qua ꝑticulare magis d᷑ ens ⁊ non magis scibi
le quia nulla ē scīa p̄ter rōem s̄m quam de reb᷒.
est scientia.

Dubitatur secundo Utrum demon
stratio vniuersalis faciat opinari vniuersale eē
pter singularia ⁊ extra ipa. Ad dubiū rñdet ꝙ
nō. licet tñ demōstratōe vl'i de ipo aliq̇d demon
stretur pter singularia. ſ3 si h aliq̇s opinet h est
ex defectu intelligētis sicut videm⁹ de illis q̄ nō
significāt subam sed accidēs qd̉ significam⁹ ꝑ
se sine suba vt cū dicit albedo vl' nigredo. ⁊ pp
ter h nō dicim⁹ talia esse sine suba. Possumus
eñ ea q̄ sunt ꝯiūcta fm eē sepati intelligere. dū
vnū nō sit de intellcū alteri⁹. ⁊ aliq̇d attribuere
vni nō attribuēdo illud alteri. ⁊ talis abstrac/
tio fit ꝑ primā opatōem intellcūs ⁊ nō ꝑ secun
dam. Uñ possum⁹ intelligere pri⁹ nō intelligē/
do posterius q2 posteri⁹ nō est de itellcū p̓oris.
Jō possum⁹ intelligere vl'e sine suis pticulari/
bus. ⁊ aliqd̉ sibi attribuere nō attribuēdo illd̉
suis pticularib⁹ nec habita cōsideratōe illoꝝ ꝑ
ticulariū. Rōes facte aū oppositū facil'r soluū
tur ex dictis p̓ma in scd̉a ꝯclusione. Scd̉a in
p̓mo dubio ⁊ tercia in scd̉o dubio.

Quod autem demonstra.

Querit vicesimoquito: Utrum demō/
stratio affirmatiua sit potior negatiua. ⁊ ostē/
siua illa q̄ ē ad ipossibile. Arguit ꝙ nō q2 tā de
mōstratō affirmatiā q3 negatiā ꝓcedūt ex ime/
diatis igit vna nō ē potior altera. Cōsequētia
tenet. q2 vna ꝓpositō imediata nō ē prior aut
notior altera. Secūdo arguit demōstratio ad
impossibile vehemēti⁹ cogit ad assentiendum
ꝯclusioni q3 ostēsiua q2 fundat i illo p̓ncipio
q̇dlibet ē vel nō ē. igitur ipsa est potior q3 ōnsi
ua. Tercio arguit illa demr̄atio ē potior q̄ ex p̓
orib⁹ p̓ncipijs ꝓcedit. sed demōstratio ad im/
possibile ꝓcedit ex p̓orib⁹ q3 ōnsiua q2 vtit p̓/
mis p̓ncipijs simpl'r. ōnsiua ꝟo nō. igitur ⁊c.
Jn oppositū est phūs in textu.

Sciendum primo. Qd̉ postq3 phs
ꝓbauit ꝙ demōstratio vl'is est potior pticula/
ri. Cōsequēter ostēdit ꝙ demōstratio affirmati
ua est potior negatiua. ⁊ iterū ꝙ ostēsiua nega
tiua ē potior illa q̄ est ad impossibile. ⁊ q2 affir
matiua ē potior negatiua. iō affirmatiā demō/
stratio est potior q3 demr̄atō ad ipossibile.

Sciendum secundo. Quot illa demō/
stratio ē potior q̄ procedit ex pautiorib⁹ ꝓpo/
sitōibus. Qd̉ ostēdit phūs duplici rōne. Pri
mo q2 dato ꝙ ille plures ex quib⁹ vna proce/
dit sint eque note sicut pauciores ex quib⁹ alia
ꝓcedit. adhuc veloci⁹ ē ꝯgnoscere ꝑ pauciores
ꝓpositōes q3 plures. q2 citi⁹ termiabit discurs⁹
mō illud ē eligibili⁹ ꝙ citius facit cognoscere

Scd̉o idē ostēdit sine suppositōne. q2 illa de/
mōstratio ē potior q̄ ex p̓orib⁹ ꝓcedit. ſ3 demō/
stratio q̄ pautiorib⁹ ꝓpositōib⁹ vtit ex p̓orib⁹
ꝓcedit q3 illa q̄ plurib⁹ vtit q2 ille plures redu/
cunt ad pautiores tanq3 ad priores. igit illa
demōstratio ē potior q̄ ex pautiorib⁹ ꝓcedit

Cōclusio p̓ma. Demōstratio affirma/
tiua potior ē ⁊ dignior q3 negatiā ceter̄ parib⁹
Probat cōclusio q̄nq3 rōib⁹ phi. Prima ē il/
la demōstratio q̄ ꝓcedit ex paucioꝛib⁹ ē digni/
or. sed demōstratō affirmatiā ē hmōi. q2 affir/
matiua tm̄ capit affirmatiās ⁊ negatiā capit af
firmatiuā ⁊ negatiuā. Et licet vtraq3 sit ex tri/
bus termis ⁊ duab⁹ ꝓpositōib⁹. tñ negatiā dr
ex plurib⁹ ꝓcedere. fm qualitatē ꝓpositōnum
Secūda ratō illa demōstratō ē potior q̄ ꝓcedit
ex priorib⁹ notiorib⁹ ⁊ mag̉ credibilib⁹. ſ3 af/
firmatiua ē hmōi q2 ex duab⁹ affirmatis pt fie
ri sylogism⁹. Ex duab⁹ ꝟo negatis nō. ſ3 opor
tet alterā eē affirmatiuā. igit affirmatie ꝓposi/
tioēs maior ē hñt efficatiā ad sylogisandu3 q3
negatie ⁊ sūt notiores ⁊ ꝑ ꝯsequēs demōstratō
affirmatiua potior ē negatiua. Tercia ratio si
demōstratō negatiua ꝓcedat ex duab⁹ p̄missis
mediatis ⁊ demōstrent ille p̄misse assumuntur
tres ꝓpositōes affirmatie. due pro miore q̄ est
affirmatiā ⁊ vna ꝓ premissa negatiā ⁊ tñ solu3
accipit vna p̄missa negatiua. igit propositio
negatiā reducitur ad propositōe3 affirmatiuā
sicut ad p̓ncipiū ei⁹. sed p̓ncipiū ē pri⁹ noti⁹ et
credibili⁹ p̓ncipiato igit affirmatiua ē potior
negatiua. Quarta rō. p̓ncipiū sylogismi demō
stratiui ē propositō imediata affirmatiā. qui/
dem affirmatiui sylogismi ⁊ negatiui negatiua
ſ3 affirmatiā ꝓpositō prior ē ⁊ nobilior q3 ne/
gatiua igit ex ea fit nobilior demōstratio. Mi
norē ꝓbat phūs dupl'r. p̓mo q2 ꝑ affirmatiā3
demr̄at negatiā igr affir. ē p̓or ⁊ notōr. Scd̉o
q2 affirmatiua dicit esse ⁊ negatiua nō eē ſ3 esse
fm naturā p̄cedit nō eē. Lic3 eñ in aliq̇ fm tē
pus nō eē p̄cedat eē tñ nihil p̄t reduci de non es
se ad eē nisi ab aliq̇ iam existēte. Igit eē simpl'r
p̄cedit non eē. Quita ratio demr̄atio q̄ ꝓcedit
ex p̓ncipaliorib⁹ p̓ncipijs ē prior ſ3 affirmatiā
ē huiusmodi. q2 ꝓpositio negatiā ex affirmati
ua depend3. q2 non p̄t eē demr̄atio negatiā sine
affirmatiā ꝓpositione ⁊ adhuc negatiā resolu/
bilis ē in affirmatiā3. igit demr̄atio affirmatiā
dignior ē negatiā ceter̄ parib⁹ Et dicit notan
ter ceter̄ parib⁹ q2 si negatiā eēt ex imediat̄ ⁊ af
firmatiua ex mediat̄ negatiua eēt dignior.

Conclusio secunda. Demonstratio
ōnsiua negatiua potior ē demr̄atione ad im/

possibile. Probatur ꝯclusio. qr illa demõstratio ē potior q̃ ꝓcedit ex potiorib⁹ ꝛ notiorib⁹ sed ostẽsiua negatiua ꝓcedit ex potiorib⁹ ꝛ notiorib⁹ q̃ illa q̄ est ad impossibile. qr in ostẽsiua ꝓceditur ex notiorib⁹ simpl'r scꝫ ex p̄missis veris q̄ sunt simpl'r notiores ꝛ priores conclusione. In alia vero solũ ꝓcedit ex notiorib⁹ q̄ ad aliquē igit demõstratio ostẽsiua negatiua potior est illa que est ad impossibile.

Dubitatur primo. Utrũ demõstratio affirmatiua oñsiua sit potior demõstratione ad ipossibile. Ad dubiũ respõdet ꝙ sic sicut satis patꝫ ex dictis qr negatiua p̄cellit demõstratõnē ad ipossibile vt dicit scda cõclusio ꝛ affirmatiua p̄cellit negatiuā sꝫ quicq̄d ē poti⁹ potiori est poti⁹ nõ potiori igit. Et tñ sequitur generaliter ꝙ om̄is demõstratõ ostensiua prior est ꝛ dignior demonstratiua ad ipossibile.

Dubitat scdo. Qualiter cõueniunt ꝛ differunt demõstratõ ostẽsiua ꝛ ad ipossibile. Ad dubiũ respõdet ꝙ inter ipas pñt assignari sil'es dr̄ne sicut assignate sunt scdo. post' int sylogismũ ostẽsiuũ ꝛ ad ipossibile. Tam vt dr in textu. ille inter se ꝯueniũt qr termi in vtraqꝫ sil'iter ordinant. sꝫ differũt qr licꝫ vtraqꝫ ꝓcedat ex aliq̃ notiori tñ ostẽsiua ē ex notõri simplicit ꝛ ad ipossibile ex notõri q̄ ad aliquē qr oñsiua ꝓcedit ex ābab⁹ p̄missis q̄ sũt simpl'r notiores cõclusione. sꝫ demõ̃ratio ad ipossibile solũ accipit vnā verā ꝛ altera ē notior ꝯclusioē falsa Nā in demõstratõe ad ipossibile dũ ex ꝯclusiõe ipossibili interimit aliq̃ p̄missaꝝ p̄ h' nõ efficit ꝙ illud qd pri⁹ erat ꝯclusio sit pricipiũ simpl'r sed solum quo ad aliquem.

Ad rationes. Ad primā dicitur ꝙ licꝫ vtraꝫ ꝓcedat ex imediat; tñ affirmatiua ē ex duab⁹ affirmatis ꝛ negatiua ꝓcedit ex affirmatiua et negatiua ꝛ licꝫ vna negatiua nõ habeat negatiuā notõrē vl' p̄orē simpl'r vl' i suo genere tñ sp̄ hꝫ aliquē affirmatiuā q̄ simpl'r ē notõr ipa. Ad secūdā negat ꝯña qr demõ̃ratio ad ipossibile simpl'r loquēdo nõ cogit vehemēti⁹ sꝫ si cogat adhuc nõ habet h' ex euidētia ꝓpositõnũ ex q̄bus ꝓcedit sꝫ ex euidētia p̄ncipij cui initit scꝫ de q̄libꝫ affirmatõ vl' negatõ vera. Ad terciā dr ꝙ q̄uis demõstratõ ad ipossibile ꝓcedat ex p̄ncipijs p̄mo ꝛ potissimo tñ nõ ꝓcedit ex om̄ibus p̄ncipijs notõrib⁹ ꝯclusiõe. Demõstratõ vero ostẽsiua ꝓcedit ex om̄ibus principijs priori bus ꝛ notioribus conclusione.

Certior autem sciens.

Querit vicesimo sexto Utrũ vnitas sciētie sumat ab vnitate s̄biecti ꝛ diũsitas a p̄ncipijs. Ar' ꝙ nõ. p̄mo qr ab eodē hꝫ res ꝙ sit ꝛ ꝙ sit vna sꝫ scia capit eē a medio siue a p̄ncipijs igit vnitas sciētie sumēda ē a p̄ncipijs ꝛ nõ ab vnitate s̄biecti. Scdo arguit ab eodeꝫ hꝫ res vnitatē ꝛ diũsitatē ab alijs reb⁹ igit si vnitas sciētie sumat ex vnitate s̄biecti seq̄t ꝙ rõ diuersitat; sumēda ē a s̄biecto Tercõ arguit diũse sciētie ꝯsiderāt idē s̄biectũ sicut geometria ꝛ phisica ꝯsiderāt corp⁹ igit vnitas sciētie nõ sumit ab vnitate s̄biecti. in oppositũ ē phũs in textu.

Sciendũ primo. ꝙ postq̄ phũs ꝯparauit demõstratões ad inuicē nūc agit de ꝯpatõe scie ad sciam. Et prio eas ꝯpat s̄m certitudinē ꝛ scdo q̄ ad vnitatē ꝛ pluralitatē ꝛ circa p̄maꝫ cõpatõeꝫ dt ꝙ trib⁹ modis vna scia dr certior alia p̄mo mõ qr illa scia q̄ facit sciē ꝓpt q̄d ꝛ qr certior ē illa q̄ solũ facit scire qr ē. ꝛ hec ꝯpato ē int sciam s̄baltnātē ꝛ subalternatā Scdo mõ vna scia certior ē q̄ ē de nõ s̄biecto ea q̄ ē de subiecto ꝛ h' capit subiectũ ꝓ materia sensibili vt arismetrica certior ē musica Tercio mõ scia q̄ ē ex minorib⁹ ꝛ simpliciorib⁹ certior ē illa q̄ ē de magis ꝯposit; vñ dr p̄mo methaphisice. ꝙ simplitiora p̄ora sunt ex additõe dict;. ꝛ h' mõ arismetrica ē p̄or ꝛ certior geometria qr nũs simplicior ē magnitudīe eo ꝙ pũct⁹ q̄ ē p̄ncipium magitudis sup̄ vnitatē q̄ ē p̄ncipiũ nũeri addit positõeꝫ in ꝯtinuo Et sic ꝯpatõ certitudis sciaꝝ accipit scdm duo. p̄mo mõ scdꝫ ꝙ cā prior ē ꝛ certior suo effctũ Alij ꝟo mõi sumuntur scdm ꝙ forma certior ē materia. sꝫ scds suitur s̄m materiā sensibilē. terci⁹ ꝟo s̄m materiā intelligibilē sꝫ ꝓ alia ꝯpatõe dt phũs. ꝙ vnitas scie suitur ab vnitate subiecti ꝛ diuersitas ex diuersitate principiorum.

Sciendum eſt ſecūdo. Qꝛ ꝑ iſto loco ponit tal' ꝯſideratō i textu. Si in q̄d ꝑtū aſſig net ineē alicui ſbiecto. oʒ iſpicere vtrū diffinitō ꝑti ꝯueniat ſbiecto vl' diffinitō ſbiecti ꝯueniat ꝑto. vl' diffinitō vnius diffinitōi alteri'. ꝛ ſi ſic ꝓbleuma ē ꝯſtruēdū. ſi nō ē deſtruēdū. ꝛ de iſtis tribus mōis exēpla ſatis patēt in textu. ꝛ ſic iſte locus a diffinitōe vʒ ad arguēdū ꝯſtructiue ꝛ deſtructiē Et h̄ capit diffinitō cōiter. vt ſe exten dit ad deſcriptionē. ꝛ ad iterꝑtaōez q̄ eſt q̄daʒ diffinitō q̄d nois. iō ſb iſto loco ꝯp̄hēdūt loci a deſcriptione. ꝛ ab iterꝑtatōe a diffinito a de/ſcripto ꝛ ab iterꝑtato. eo ꝙ oēs iſti loci ſimpl'r ſe tenēt tā ꝯſtructiue q̄ʒ deſtructiue. Cō/cluſio p̄ma ꝓbleuma ſimplicis iherētie bn̄ ꝑt ter minari ꝑ locū a ꝑtib' in q̄ʒtitate ad ſuū totū. ꝓ bat ꝯcluſio. q2 ꝑt argui ꝑ ipm ſm ꝯſideratōez ꝑius poſitā. ꝛ ſb iſto loco itelligit loc' a toto in q̄ʒtitate. q2 ābo tenēt deſtructiē. ſʒ tn̄ ad deſtruē dū ſufficit ōndere ꝙ ita nō ē in oibus Cōcluſio ſcda ꝑ locū a diffinitōe ꝯueniēter ter minātꝝ ꝓbleumata ſimplicis iherētie. ꝓbat ꝯclu ſio ex dictis. q2 ꝑ ipʒ locū a diffinitōe ꝑt argui ſm ꝯſideratōem prius aſſignatā.

Dubitatur primo. q̄t mōis pōt argui a ꝑtib' in q̄ʒtitate ad ſuū totū. Ad dubiū r̄n̄r. ꝙ dupl'r ꝑt argui ab ipis Uno° enūciādo pl'a ꝑticularia ex q̄bus ꝑt ꝓbabil'r iferri totū. ꝛ tūc eſt argumētatō ꝓbabil' ꝛ nō nccāria. Alio° enū ciādo oia ꝑticularia vl'is. ꝛ h̄ dupl'r Uno° enū ciādo oia in ꝓꝑa forma vt qn̄ nō ſtis in magno nūo. ꝛ tūc dn̄t illa ꝑticularia enūari ſb illa ꝑti/cula. ꝛ nō ſūt pl'a Alio° enūciādo aliq̄ i ꝓꝑa forma. ꝛ ꝯp̄hēdēdo alia ſb illa ꝑticula. ꝛ ſic de alijs. ꝛ iſtis duob' mōis eſt ꝯn̄a nccāria. ꝛ nō ꝓbabilis tm̄. Dubitat ſcdo de docu/mētis q̄ ponit p. in textu circa ꝑdicta q̄t ſūt ꝛ q̄. Ad dubiū r̄n̄r. ꝙ tria ſūt. Primū eſt ſi aſſigne tur diffinitō alicui diffinito. in q̄ ſit aliq̄s t'mi nus ignot' ille terminus dʒ notificari. q2 i dif finitōe nō dʒ relinq̄ aliq̄d icertū ꝛ imanifeſtuʒ Scdm eſt circa locū a toto i q̄ʒtitate qd tale ē. ſi velim' aſſumē aliquā ꝓpōeʒ vl'em q̄ in aliq̄ habeat iſtātiā nos debem' eā aſſumere cū ſua i/ſtātia. vt ſi iſta. ois hō currit hēat iſtātiā i ſor/te. debem' eā aſſumē cū ſua iſtātia. vt dicendo. ois hō ꝑter ſortez currit. q2 niſi ſic facēm'. no s darem' r̄n̄dēti malā viā ad arguēdū ꝯ ꝓpōeʒ aſſūptā. Terciū documētū eſt. ꝙ nos debemus vti noibus ut pl'es vtūt ꝛ reb' nō vt pl'es. ſʒ vt ſapiētes. ſicut q̄d iterꝑtatur ꝑ h̄ nomē ſanatm̄ debemus dicē ſicut pl'es dicūt. ſ. q̄ eſt ꝑfectiuuʒ

ſanitatis.ſ3 q̇d a pte rei faciet ſanitatē vl' nō de/
bemus dicē.vt medic⁹ dr.iō dr cōiter noib⁹ vtē
dū eſt.vt plures ſapiēdū vero vt pauci

Ad rationes Ad primā patz ſolu/
tio in primo dubio.Ad cōfirmatōez ei⁹ dicit̃
ꝙ vl'e nō habeat actu pl'a ſuppoſita oz accipe il
lud qđ h3 cū pticula illa.⁊ nō ſūt pl'a.Ad ſecū
dā dr.ꝙ idē pt eſſe t̃minās ⁊ terminatū diuer
ſimōe.q2 diffinitō p reſpectū ad ꝓbleumata q̄
ſūt de ipſa terminat̃ p ſuas ꝯſideratōes.⁊ ha/
bet rōnem t̃minati ſed tamen per ipſam poſſūt
terminari probleumata alioꝝ p̄dicatoꝝ.⁊ ſic
h3 rōem terminatī.Et ſil'r dicet̃ de genere..Ad
terciā dr.ꝙ ſi diffinitō ꝯſideret̃ q̄ztū ad ſbam.
ei⁹ put dicit vera ꝑncipia itrinſeca diffiniti ſic
ab ea ſumit̃ demōſtratō.ſ3 ſi cōſideret̃ q̄ztū ad
cōem intētōem diffinitōis.hoc mō ab ea ſumi
tur argumētū dyalecticū.⁊ hec de queſtione

Amplius ſimul

Queritur quarto Utrum ꝓbleuma
multiplicis poſſit dyalectice terminari. Argui
tur ꝙ nō primo.q2 ꝓbleuma multiplex .nō pt
ꝓbari p ſyll'm dyalecticū.q2 cōcluſio ei⁹ d3 eē
ꝓpō vna.qđ nō eſt verū de ꝓbleumate ml'tipli/
ci.igit̃ tale ꝓbleuma nō pt dyalectice termina/
ri. Scđo arguit̃.ſicut totū integrale ponit ſil'i
actu oēs ſuas ptes ,ita totū ml'tiplex ponit ſil'
in actu oia ſua ſ̃cata.⁊ ſil'r totū in q̄ztitate.igit̃
nō eſt alius locus ad terminādū ꝓbleuma ml'
tiplex.⁊ ad terminādū ꝓbleuma in q̄ eſt totu3
in q̄titate.⁊ p ꝯñs h̄ ſupflue terminat̃ ꝓbleu/
ma multiplex. Tercio arguit̃.ſophiſta h3 cōſi
derare multiplicia.igit̃ nō dyalecticus.⁊ p cō/
ſeq̄ns ꝓbleuma ml'tiplex nō d3 dyalectice ter/
minari In oppoſitū eſt p.in textu

Primo videbit̃ de q̄ſito.ſcđo erunt dubia. q̄z
tū ad primum

Sciendum eſt primo. Ꝙ determiato
de loco a ptib⁹ in q̄ztitate.⁊ de loco a diffinitōe
⁊ oīſo q̄ mō valēt ad terminādū ꝓbleumata
ſimplicis inherētie.Cōſeq̄nt̃ p.determiat de lo/
co in toto multiplici.oñdēdo q̄liter ꝓbleuma
ml'tiplex pt dyalectice t̃minari. Et eſt t̃plex ml'
tiplex.ſ.actuale potētiale.⁊ fātaſticū. De fāta/
ſtico āt multiplici nō eſt ad ꝓpoſitū.q2 nō ē ve
re multiplex. Sil'r dicēdū eſt de multiplici po/
tētionali.q2 eſt nimis ocultū.⁊ etiā q2 nō cog
noſcit̃ niſi p analogiā ad multiplex actuale.⁊
ita ſolū ſpectat ad ꝓpoſitū de multiplici actua/
li.⁊ tale eſt duplex.q2 qđdā fit in dictione ſ̃m
eq̇uocatōez Aliud fit in orōe ſ̃m āphibologiā

Sciendum eſt ſecūdo. Ꝙ phus in tex
tu p modū ꝯcluſionū ponit tres cōſideratōes
circa ꝓbleumata ml'tiplicia. Pria eſt.ſi multi
plex ſ̃m eq̇uocatōem lateat rñdētē pt accipi in
alio ſ̃ſu in q̄ ꝯſtruēdū eſt vl' deſtruēdū. q2 bñ
ſtat ꝙ pt ꝯgnoſci ⁊ ꝯſtrui ſ̃m vnū ſēſū ⁊ deſtrui
ſ̃m aliū.⁊ ſic valet iſta ꝯſideratō ad deſtruēdū
⁊ ad ꝯſtruēdū.Et ſi velimus ꝯſtruere accipie/
mus ſ̃ſum in q̄ pt ꝯſtrui oñdēdo q̇d ē.⁊ ſi ve/
limus deſtruere accipiem⁹ ſ̃ſū in q̄ pt deſtrui oñ
dēdo q̇d nō eſt.vt ſi q̄rat̃ vtrū canis ſit aīatus
vl' nō.diuerſimōe tñ v3 ad ꝯſtruēdū ⁊ deſtruē
dū.Et ad deſtruēdū ml'tiplex ꝓbleuma. vl'r
ſufficit oñdere ꝙ nō inē ſ̃m vnū ſ̃ſū.Et ad cō/
ſtruēdū nō ſufficit oñdē ꝙ inē ſ̃m vnū ſ̃ſū.ſed
oz vti p̄cōceſſiōe ꝙ.ſ.ſicut ē in illo ſ̃ſu.ita eſt in
aliīs.Exēplū textus.vt ſi velim⁹ ꝓbaē ꝙ oīs aī
ma eſt īmortal'.nō ſufficit oñdere ꝙ oīs aīa hu
mana ſit īmortal'.ſ3 cū h̄ oz rñdētē ꝯcedē ita eſ
ſe in aliīs aīabus S3 ad deſtruēdū ſufficit oñ
dere abſolute ꝙ aliq̄ aīa nō eſt immortal'. Se/
cūda ꝯſideratō eſt.ſi ml'tiplex nō lateat rñdētē
oz ipm diſtinguē.⁊ facta diſtinctōe oz ꝯſtruē.
ſi p̄tum ineſt ⁊ ſi nō inē deſtruē.⁊ ſi ꝓpō ſit vnl'
ad deſtruēdū ſufficit oñdere ꝙ alicui ineſt ſi ſit
negatiā vel qđ alicui nō ineſt ſi ſit affirmatiua
⁊ ſi velimus conſtruere oz oñdere ꝙ p̄dicatu3
om̄i ineſt ſi ſit affirmatiua aut nl'li.ſi ſit nega/
tiua.exēplū textus eſt.vt ſi q̄rat̃ vtrum oē opor
tunū ſit expediēs Oportunū em̄ dr de expediē
te ſiue de vtili ⁊ honeſto. Tercia ꝯſideratō ē q̄z
tū ad multiplex ſ̃m amphibologiā ſi tale mul
tiplex lateat rñdētem debemus diſtinguere.⁊ ſi
velimus ipm cōſtruere ſolū debem⁹ accipe aſſig
natōes ſ̃m quas p̄tum inē ſbiecto.⁊ ſi velim⁹
deſtruere debem⁹ accipē ſignatōes ſ̃m q̄s nō inē
Exēplum textus eſt.vt vtrū diſciplina ſit vna
pluriū.tñ talis diſtinctō nō fit vt fiat deceptio
vl' ad ſoluēdū paralogiſmū.ſ3 vt facilius termi
net̃ ꝓbleuma ꝯſtructiue ⁊ deſtructiue.

Concluſio prima Et reſpronſiua ad
queſitum.probleuma multiplex p̄t dyalectice
terminari. Probatur cōcluſio ex dictis.q2 ſa/
tis p̄t terminari tale ꝓbleuma p cōſideratōnes
ſtatim poſitas

Concluſio ſecunda. Sophiſticus ⁊
dyalecticus aliter.⁊ aliter conſiderant aliquod
multiplex. Probatur concluſio. q2 dyalecti/
c⁹ conſiderat multiplex. ſ̃m ꝙ poteſt accipi in
aliquo ſenſu determinato.in quo poteſt vere cō
ſtrui ⁊ deſtrui.⁊ hoc modo probleumata mul
tiplicia dyalectice terminantur. Sed ſophiſta
conſiderat multiplex.inquantum eſt occultū ⁊

ꝺm qđ ꝑ ipm pt recipe ſuū rn̄dētē. q꜠ finis ſo/
phiſte eſt apparēs ſapia. igit̄ mediate receptōe
rn̄dētis recipi poteſt. ⁊ hec de primo
Dubitat̄ ṗmo Utrū locus a trāſſūptōe ſit loc᷒
dyalecticus. Ad dubiū rn̄det̄ ꝙ ſic. Un̄ circa
ipm ponit ꝑ. talē ꝯſideratōez. vn̄ ſi aliqđ ꝓpo/
nat̄ ſb noie obſcuro. nos debem᷒ nos trāſferre
ad nomē euidētius. vt fiat facili᷒ diſputatio.
Eſt tn̄ duplex trāſſūptio. qdā ē q cāt locū dya
lecticū. qn̄ ꝓ noie minus noto ſumit̄ no᷒ magꝭ
notū. Alia ē q cāt locū ſophiſticū qn̄ vna dcō
ꝺcat vnū ꝓpe ⁊ aliud trāſſūptiue. ⁊ ſolū de ṗ/
ma eſt h̄ ad ꝓpoſitū. Dubitat̄ ſcđo
Utrū iſta ꝓpō. diſciplina eſt vna pluriū ſit mł
tiplex ꝺm āphibologiā. ⁊ ſil'r iſta medicia ē vna
pluriū. Arguit̄ ꝙ nō. q꜠ āphibologia ꝓuenit ex
diuerſa ꝯſtructōe. ſꝫ ibi nō eſt diuerſa ꝯſtructō
q꜠ ſp ē ꝯſtructō ſb habitudie gti caſus. igit̄ ⁊c̄
Ad dubiū rn̄r. ꝙ illa orō ē mł'tiplex. pꝫ q꜠ diſ
ciplina pt eē vni᷒. vt finis alteri᷒. vt medij ad
finē. ⁊ ſic ē vna pl'iū. ⁊ eſt vna diſciplina ꝯrioꝝ
vt logica eſt veri vł' falſi. etiā diſciplina vna pt
eē vnius de ꝑ ſe. ⁊ alteri᷒ de ꝑ accn̄s. vt medicia
eſt ſanitatꝭ de ꝑ ſe ⁊ de ꝑ accn̄s eſt egritudinis. ⁊
ꝑ h̄ pꝫ ꝙ iſte gtūs pluriū. pt ꝯſtrui ꝺm diūſas
habitudines ſpāles. ꝗuis ibi ſit vna habitu
do generał' vnius caſus

Ad rationes: Ad primam dicitur
ꝙ licet ꝑ vnū ſyll'm dyalecticū nō poſſit ꝓbari
ꝓbleuma mł'tiplex in tō ſua mł'tiplicitate. tn̄ ꝑ
vna pte eius pt ꝓbari ꝑ vnū ſyll'm. ⁊ ꝑ diuerꝭ
ptibus ꝑ diuerſos ſyll'os. Ad ſcđaꝫ dr̄ ꝙ illa
tota in h̄ ꝯueniūt ꝙ ponūt ſil' oēs ptes ſuas in
actu. ſꝫ tn̄ in h̄ diſcōueniūt. q꜠ totū in ꝗtitate
ponit ſuas ptes copulatiē. ⁊ totū mł'tiplex poit
ſil' oēs ptes ſine aliq̄ copulatōe. iō pt eſſe diuer
ſus mod᷒ termināndi ꝓbleuma ꝺm iſta tō Ter
cia rō ſoluta eſt in ſcđa ꝯcluſione.

Ad oſtendendum

Queritur quinto Utrum loc᷒ a ge/
nere ad ſpēꝫ valeat deſtructiue. ⁊ loc᷒ a ſpē ad ge
nus ꝯſtructiē. Arguit̄ ṗmo ꝙ nō. q꜠ bn̄ ſequit̄
nūs eſt. ergo binarius eſt. ⁊ tn̄ ibi arguit̄ a genē
ad ſpēm ꝯſtructiue. igit̄ ⁊c̄. Scđo arguit̄. bene
ſequit̄. aīa ē ſba. igit̄ hō eſt ſba. igit̄ locus a ge/
nere tenet ꝯſtructiue. Tercio arguit̄. ſpēs reſpe
ctu generꝭ ē qđdā totū. ſꝫ deſtructo toto deſtrui
tur ps eius. igit̄ locus a ſpē ad gen᷒ tꝫ deſtructi
ue. Et confirmat̄. q꜠ deſtructis oībus ſpēbus.
deſtruit̄ genus eaꝝ. igitur locus a ſpē tenet de/
ſtructiue. In oppoſitū eſt ꝑ. in textu.

Sciendū eſt primo: ꝙ determiato de
loco a diffinitōe. ⁊ a toto multiplici Cōſeq̄nter
determinat ph̄s de loco a genere ad ſpēm ⁊ eꝯ. ⁊
de locis a ꝯnte ⁊ ab añcedēte q̇ ſe tenēt eođ mō
ſicut locus a genere. ⁊ dr̄ locus a genē loc᷒ a to/
to vł'i ad ptē ſbiectiuā. Circa quē ponit̄ iſta cō
ſideratō. ſi aliq̇d aſſignat̄ ineē ſpēi ꝯſiderādū
eſt ſi iſit generi. ⁊ ſi nō deſtruēdū eſt ꝓbleuma.
q꜠ q̄ nō iſūt generi nō inſūt ſpēi. niſi tale ꝑtū po
nat differētiam int̄ ſpēm ⁊ gen᷒. vel ptineat ad
talē drn̄aꝫ. Sꝫ circa locū a ſpē ē alia ꝯſidera/
tō q̄ tal' eſt. ſi aliq̇d ponat̄ ineē generi. ꝯſideran
dū eſt vtrū inſit alicui ſpērū ei᷒. ⁊ ſi ſic. tūc ineſt
generi. ⁊ ſi nulli ſpērū inſit. tūc neqꝫ inerit gene/
ri. niſi forte ſit ꝑtū ꝯueniēs ſpēi. ea pte q̄ diſtin
guit̄ a genere. ⁊ iſto ſcđo mō nō argueret̄ ꝑ lo/
cū a ſpē. ſꝫ magꝭ ⁊ ꝑ locū a ptibus in quantita/
te ſufficiēter enumeratis

Sciendum ſecūdo. ꝙ dupl'r cōtingit
arguere a genere. Uno mō cū diſtributōe gene
ris. ⁊ tūc dr̄ locus a toto in ꝗtitate q̇ tenet cō/
ſtructiue ⁊ deſtructiue. Alio᷒ ꝯtigit arguere ſi/
ne diſtributōe gꝭ. ⁊ h̄ mō loc᷒ a genere dr̄ Sil'r
dupl'r ꝯtingit arguē a ſpē ad genus Uno᷒ ſine
collectōe ſpērū. vt cū dr̄. hō currit. igit̄ al' currit
⁊ ſic eſt loc᷒ a ſpē. Alio᷒ cū collectōe. h̄ eſt a ſpē/
bus ſil' ſūptꝭ. ⁊ ſic ſumit̄ locus a ptib᷒ in ꝗti/
tate ad ſuū totū. Loc᷒ eni ſp denoiatur a tmio
iferēte. C᷒ rō eſt. q꜠ locus dyalecticus ē ꝓbati/
uus. ſꝫ ꝟtus ꝓbatiua ſp eſt in añcedēte

Concluſio prima. Locus a genere
ad ſpēm formal'r tenet deſtructiue. ⁊ ꝗtia mate
rie tenet cōſtructiue Primū pꝫ. q꜠ cuicūqꝫ non
ꝯuenit genus. nccē eſt ſpēm nō couenire. Secū
dū pꝫ. q꜠ genus eſſētial'r ꝑtur de ſpē. igit̄ q̇cq̇d
eſſētial'r ꝑtur de gn̄e. etiā ꝑtur de ſpecie

Concluſio ſecunda Locus a ſpecie
formaliter tenet cōſtructiue. ⁊ ſolū gratia mate
rie tenet deſtructiue. Prima ps pꝫ. q꜠ ſpēs con
tinet̄ in genere. ſicut inferius in ſupiori. niſi q̇s
ponat drn̄aꝫ inter ſupius ⁊ inferi᷒. Scđa ps
pꝫ. q꜠ genus ⁊ ſpecies eādē eſſētiā iportant. igi
tur ſi aliq̇d ſit qđ nō eſt đ eſſētia ſpēi. nō eſt etiā
de eſſentia generis. Aduertēdū eſt tamen. ꝙ vt
dicitur in textu. de quocūqꝫ predicat̄ gen᷒ ne/
ceſſe eſt aliquā ſpeciē eius ꝑdicari. ſiue denomi
natiue. ſiue eſſētialiter. Cui᷒ rō eſt. quia genus
nō habet eſſe. niſi in aliqua ſpecierū ei᷒. ⁊ iō dr̄
in q̄rto huius ꝙ nihil eſt in genere qđ nō eſt in
aliq̄ ſpecierū eius

Dubitatur ṗmo. Utrum ꝓbleuma
ſimplicis iherētie poſſit terminari ꝑ locum ab
añcedente ad conſeq̄ns. Pro dubio ꝯſideran

dū est ꝙ circa istū locū ponit p̄. talē ꝯsideratōꝫ Si q̄ratur de aliq̄ ꝓposito vidēdū est si suum añs sit qđ si sit necē est ꝯñs esse. Silr̄ si q̄ratur si aliqđ añs sit vidēdū ē si ꝯñs eius sit. ⁊ si nō necē est añs nō esse. Exēplū p̄mi. vt si q̄raẜ. vtrū al' sit. vidēdū est vtrū aliq̄ species aīalis sit. ⁊ si sic necē est aīal esse. Exēplū scđi est. vt si q̄ratur vtrū homo sit. vidēdū est vtrū aīal sit. ⁊ si nō. necē est hominē nō esse. Ex q̄ patet ꝙ locus ab añcedēte ad ꝯñs valet cōstructiue. ⁊ locus a cōseq̄nte tenet destructiue. Patꝫ etiā ꝙ talis locꝰ valet ad terminādū ꝓbleumata simplicis īherētie. Aduertēdū est tñ ꝙ duplicia sunt añtia. q̄dam sūt incōplexa. vt hō est añs ad al'. Et q̄dā sūt complexa. vt p̄misse in syll'o sūt añcedētia ad ꝯclusionē. ⁊ in ꝯplexis vꝫ argumētū respectu veri ⁊ falsi. Nā si añs sit verū ꝯñs est verū. sꝫ nō econtra. q꞉ ex falsis p̄t seq̄ verū. sꝫ si cōclusio est falsa. necē est p̄missas vl' aliquā p̄missarū esse falsā. De cōplexis aūt iā dictū est quomō arguiẜ in ipsis

Dubitatur secundo

Utrū in disputatōe dyalectica. opponēs possꝫ se trāsferre ad materiā extrīsecā Pro dubio sciēdū est ꝙ tripliciter cōtingit se trāsferre. Unoꝰ. qñ rñs negat aliq̄d qđ est vtile ⁊ necāriū ad positōem opponentꝭ. ⁊ cū hoc aufert istātiam ꝓbabilē. ⁊ tūc opponēs p̄t se trāsferre ad destruēdū illā ꝯñam si sit in materia. vt possit abūdare in argumētis. Scđo mō ꝯtingit se trāsferre dū rñs negat aliq̄d qđ oportet esse necāriū ad positōem opponētis. nō tñ est necāriū. ⁊ tūc cōtigit ꝙ opponēs se trāsferat. sꝫ iste modꝰ nō est simplr̄ necārius. Tercio mō ꝯtigit se trāsferre. qñ rñdēs negat aliq̄d qđ nec est necāriuꝫ neqꝫ apparēs necāriū ad ꝯclusionē opponētis. ⁊ solū hoc fit ad decipiēdū rñdētē. sꝫ iste modus ꝑtinet ad sophistā. ⁊ videẜ extraneꝰ a disputatōe dyalectica. Tūc rñr ad dubium. ꝙ. s. opponēs in argumētatōne dyalectica p̄t se trāsferre ad materiā extrīsecā ꝭm duos p̄mos modos ⁊ nō ꝭm vltimū. vt satis patet ex dictis. Aduertēdū est tñ ꝙ opponēs dꝫ se transferre ad materiam magis facilē ⁊ magis clarā. vt ponendo dictionē notiorē ꝓ nomīe minus noto. q꞉ si ipse se transferret ad materiam magis obscuram minꝰ possꝫ abūdare in argumētis q̄ꝫ ꝑus

Ad rationes. Ad primam dicitur. q̄ illa ꝯsequentia valet tantū gratia materie. ⁊ nō gratia forme. Et similiter dōm est ad scđaꝫ Ad terciā dicitur. ꝙ si accipiatur genus vt genus est. ⁊ species in q̄ꝫtum est species. tunc genꝰ est totum respectu speciei. sed si accipiaẜ species vt est diffinita. ⁊ genus vt est diffiniēs vel vt constituens speciem. Tunc genus habet modū ꝑtis ⁊ species habet modū totius. ⁊ tunc inter ipsa tenet locꝰ sicut inter totū integrale ⁊ suā ꝑtē. Ad cōfirmatōem dicitur. ꝙ destructis omnibꝰ spēbus destruitur genus. sed tūc arguitur a ꝑtibus in q̄ꝫtitate simul sūptis ad suū totuꝫ ⁊ nō ꝑ locū a spē ad genus. ⁊ hec de q̄stione

Quoniam autem rerum.

Queritur sexto Utrum locus ab oppositis sit vtilis ad terminādum ꝓbleumata simplicis īherētie. Arguiẜ ꝙ nō primo. q꞉ locus dyalecticus debet esse ꝓbatiuus. sꝫ vnum oppositum non est notius altero. igitur locus ab oppositis non valet ad terminandum probleumata simplicis inherentie. Secundo arguitur. vnum oppositorum non potest inferre aliud. igitur locus ab oppositis nō est ponēdus. Antecedens patet. quia si vnuꝫ posset inferre aliud. hꝰ essꝫ. quia affirmatiua habet inferre negatiuam. sed hoc nō. quia due affirmatiue syllogistice non inferunt vnā negatiuā. Igitur a fortiori vna affirmatiua non poteīt vnā negatiuam inferre. Tercio arguitur. si locꝰ ab oppositis esset vtilis ad terminandum probleumata simplicis inherētie. hoc essꝫ. quia posito vno contrariorum remouetur reliquum. sed hoc non est verū. q꞉ albedo ⁊ nigredo sunt in eodem pūcto mediꝫ. ⁊ etiā in eodē oculo

In oppositū est phs in textu.

Sciendū est primo: ꝙ postq̄ꝫ philosophus docuit terminare probleumata simplicis inherentie per locos intrinsecos. Conseq̄nter idem docet per locos extrinsecos. ⁊ primo ꝑ locum a disparatis ⁊ consequenter per locum ab oppositis. Etiam anteq̄ꝫ ponat considerationes. circa locum a disparatis. premittit talem diuisionem. scilicet rerum. alie sunt ex necessitate. alie vt in pluribus. ⁊ alie ad vtrūlibet. et sub secundo membro que sunt vt in pauciori bus res comprehenduntur. quia contrariantẜ eis que sunt vt in pluribus. ⁊ cognito vno oppositorum facile cognoscitur reliquum Et per istam diuisionem intelliguntur modi disparati ꝭm quos predicata insunt subiectis. quia predicatum quandoqꝫ de necessitate inest subiecto. ⁊ quandoqꝫ contingenter. ⁊ hoc multipliciter ꝭm pl'es modos ꝯtingentis. Et iuxta diuisionem in textu ponuntur aliq̄ cōsideratōnes. Prima ē si aliqđ p̄dicatū qđ vere alicui sbiecto inē et de necessitate assignaẜ sibi ineē vt in pluribꝰ destruēdū est ꝓbleuma. Et rō est q꞉ qđ

inest ex necessitate oĩ inest et sp̱.sed qđ inē vt in pluribꝫ nõ inest sp̱. Scđa ꝯsideratio ē ꝙ si aliqđ p̄dicatū assignet̃ ineē alicui sbiecto vt ĩ pluribus ꝯsiderãdū est si insit vt in paucioribꝫ et si sic destruēdū est ꝓbleuma. Cuiꝫ rõ est qꝛ qđ inest vt in pluribꝫ plus determiatū est ad eē.et qđ inē vt ĩ paucioribꝫ plꝫ detmiatū ē ad nõ eē Et silr̃ pñt formari alie ꝯsideratões ꝫm pluēs mõs que oēs pñt cõprehēdi sb vna ꝯsideratõe que talis ē.si aliqđ p̄dicatū assignet̃ ineē alicui subiecto ꝫm aliquē illoꝝ mõꝝ ꝯsiderãdū est si insit ꝫm aliū modū.et si sic destruēdū est ꝓbleuma. Exēplū textus.vt si bonū assignet̃ ineē hoĩ vt in pluribꝫ vel ex necessitate tūc est pctm̄.qa hoies vt ĩ paucioribꝫ sunt boni qꝛ in pluribꝫ sunt mali. Et circa p̄dicta ponit phs vnã cau/telã que talis ē.si rñs assiguerit aliqđ p̄dicatū ineē alicui subiecto.et nõ determiauit mođ ꝫm quē inest tūc arguēs dꝫ arguē ꝯtra ipm acsi determiasset modū ꝫm quē inē subiecto. Alia cõsideratio ē.si aliq̇s assiguerit idē sibi ipi accidē destruēdū est ꝓbleuma. Phs dat exēplū vt q̇/dam ꝓdigus hēat voluptatē in gaudiū iocu/ditatē et leticiã.que eãdē voluptatē importãt ideo si q̇s dicat vnū illoꝝ accidē alteri destruēdum ē ꝓbleuma. Sciēdū est scđo.ꝙ anq̃ꝫ phus ponat ꝯsideratões circa locos a ꝯ̄riȷs. ipe p̄mittit ꝯplexiones ꝯ̄rioꝝ.dicēs ꝙ ꝯ̄ria sex mõis ꝯplectūtur sibi ineē. Prio qñ duo ꝯtra/ria pñtur de duobꝫ ꝯ̄riȷs.vnoꝰ vt opꝫ amicis bñ facē ⁊ inimicꝭ male facē Alioꝰ ecõtra vt opꝫ inimicū bñ facē et amicꝭ male facē.et sic stꝭ due cõplexiones ꝯ̄rioꝝ. Scđo qñ ãbo ꝯ̄ria de eođ predicãtur et hoc duplr̃.et sic erūt alie due cõ/plexiones.vt amicꝭ est bñ facē et amicꝭ male facere.et inimicis ē male facē et inimicis bñ facē. Tertio mõ qñ vnū de vtrisq̃ꝫ p̄dicat̃ ꝯ̄riȷs et hꝰ duplr̃.et sic stꝭ due alie ꝯplexiones ꝯ̄rioꝝ.vt amicis ē bñ facē et inimicꝭ bñ facē.et sic stꝭ duo/decim ꝓpõnes et sex cõplexiones ꝯ̄rioꝝ.et due ꝓpõnes p̄me ꝯplexionis nõ ꝯ̄riãtur.qꝛ q̄cūq̃ꝫ sunt eiusdē moris inter se nõ ꝯ̄riant̃.sed sic est de duabꝫ p̄mis ꝯplexionibꝫ que simplr̃ stꝭ eli/gēde. Nã licet ꝫm ius diuinū et legē natūe non cõtingat inimicꝭ male facē.tñ ꝫm vsum cõem ⁊ vulgarē istud ꝯtingit.silr̃ due ꝓpõnes scđe cõplexionis stꝭ sp̱nende.et sic stꝭ eiusdē moris.iõ nõ ꝯ̄riant̃.sed in aliȷs cõplexionibꝫ est ꝯ̄rietas qꝛ vna ps est eligēda et alia ē sp̱nēda

Conclusio prima. cum textu eidem plura ꝯtrariãtur. Probat̃ ꝯclusio.nã huic ꝓ/positioni amicis ē bene facē ꝯtrariãtur ista amicis ē male facē.et etiã ista inimicꝭ est bñ facē.nõ tñ eodē mõ qꝛ vna ꝯ̄riat̃ ex p̱te subiecti et alia ex p̱te p̄dicati. Ex istis cõplexionibꝫ cõtrarioꝝ infert arestoteles tres ꝯsideratões. Prima est si alicui subiecto assignet̃ ineē aliqđ predicatū qđ habeat ꝯ̄riū. Cõsiderandū est si aliud ꝯ̄riū insit subiecto.et si sic ꝓbleuma est destruendū. Cuius rõ est qꝛ impossibile ē duo ꝯ̄ria esse sil̃. Scđa consideratio ē si aliqđ p̄dicatū assignet̃ ineē alicui subiecto. Cõsiderandū est vtꝝ ex il/lo sequãtur ꝯ̄ria vel ꝯ̄dictoria simul eē.et si sic destruendū est ꝓbleuma Exēplū textus vt si q̇s dicat ꝙ ydee sep̱ate sunt in nob̄ hoc ē destruēdū qꝛ si essent in nob̄ hoc sequeret̃ ꝙ eēnt mobiles et ĩmobiles qꝛ platonici ponētes ydeas dice/bant eas sep̱atas a materia.et sic ĩmobiles p̱ se et p̱ accñs.et si sint in nob̄ adhuc erūt mobiles per accñs.qꝛ motis nobis mouētur ea que in nobis sunt vt dicit textus. Tercia ꝯsideratio est si aliqđ predicatū dicatur de sbiecto et illud predicatū habeat cõtrariū videndū est.vtrū il/lud contrariū possit ineē eidem sbiecto.et si nõ destruendū est ꝓbleuma.et hoc ideo ē quia idē est susceptibile cõtrarioꝝ.nam ꝯtrarioꝝ eadem est disciplina. Exemplū textus ē.vt si odiū as/signet̃ inesse in p̱te rõnali ꝯsiderandū est.vtrūꝫ amicicia possit ineē eidem p̱ti et claꝝ est ꝙ nõ. ideo destruendū est ꝓbleuma.

Conclusio secunda. et respõsalis ad quesitū locus ab oppositis est vtilis ad termi/nandū ꝓbleuma simplicis inherentie. Probatur cõclusio quia p̱ locum ab oppositis debite potest argui per cõsiderationes prius positas. igitur et cetera.

Dubitatur primo. Quare hoĩes sunt boni vt in paucioribus.et vt in pluribꝫ sint mali. Ad dubium respõdetur ꝙ illius duplex est ratio. Prima ē quia motus cõcupis/centie et appetitus sensitiui fortiores sunt motibus rõnis.sed motus fortiores impediūt debiliores vt habetur secūdo de celo.et vt in plu/ribus hoĩes sequūtur motus cõcupiscentie di/mittēdo motus rõnis.ideo p̱s sensitiua p̄do/minat̃ rõni. Secūda ratio ē.quia bonitas cõsistit in hoc qđ ē agere ꝫm ꝟtutē.et ꝟtus ꝯsistit in medio.sed difficillimū ē attingē mediū.et facillimū est a medio recedē.igit̃ vt in paucioribus sunt boni et vt in pluribus sunt mali.

Dubitat̃ secūdo. Utꝝ verū sit ꝙ sp̱nendū nõ ꝯ̄riet̃ sp̱nēdo. Et videt̃ ꝙ nõ qꝛ ꝓdigalitas et illibēalitas stꝭ sp̱nēde.et tñ ꝯ̄riant̃ int̃ se ⁊ ita diceretur de aliȷs extremitatibus virtutum

Ad dubiū rn̄r ꝙ illud intelligitur si vnū nō se hēat ꝑ modū supabūdātie et aliud ꝑ modū defectus. et quia si ita eēt ea q̄ sunt ſpnēda cōtrariētur inter se sicut ꝓbat ratio dubij.

Ad rōnes. Ad primam dicitur ꝙ vnū oppositū pōt eē notius alio et ſm rem si sit ꝑfectius eo et etiā quo ad nos. et sic aliqn̄ cōtrariū impfecti⁹ ſm rē est nob̄ notius. iō ex positione vni⁹ oppositi in aliq̄ subiecto pt ondi remotio alteri⁹ ab eodē ſbiecto. Ad scd̄am d̄r ꝙ vnū oppositū infert aliud negatie. licet nō inferat affirmatie. Ultra d̄r ꝙ affirmatia bn̄ infert negatiuā ꝟtute cuiusdā negatie ſbintellecte. vt cū d̄r hoc ē albū. igit̄ non est nigꝝ. ſbintelligit̄ ista ꝓpō nullū albū ē nigꝝ. Ad terciā d̄r ꝙ spēcies visibiles albi et nigri nō cōtrariant̄ ſm illud esse intētionale. licet albedo et nigredo ſm suū esse reale inter se ꝯriētur. et iō ille spēs pn̄t eē simul in eodē pūcto medij et in eodē visu quia in illis nō habēt esse nisi intētionale.

Quando autē oppositiones

Queritur septimo. Utrꝝ cōsequētia in ecōtrario valeat in ꝯtradictorijs. et ꝯn̄a in ipō valeat solū in alijs oppositis. Arguit̄ pmo ꝙ nō. q2 sicut ꝯn̄s ē i plus q̄ȝ an̄s sic oppositū ꝯn̄tis in plus se hēt q̄ȝ oppositū an̄tis. igit̄ ex opposito ꝯn̄tis nō seq̄tur oppositū an̄tis. et sic ꝯn̄tia in ecōtrario nō valet in ꝯ̄dictorijs. Scd̄o arguit̄ sicut affirma⁹ est cā affirmatōis. ita negatio est cā negatōnis vt d̄r pmo posterioꝝ igitur si an̄s affirmatiuū inferat ꝯn̄s affirmatiuū etiā ꝯ̄dictoriū an̄tis infert ꝯ̄dictoriū ꝯn̄tis. igitur ꝯn̄a in ipō valet in ꝯ̄dictorijs. Tertio arguitur nō seq̄tur in ꝯ̄rijs timor ē viciū. igit̄ audacia ē ꝟtus. nec in ꝑuatiue oppositis seq̄tur videns ē sentiēs. igit̄ cecus ē insensibil̄. nec in relatiue oppositis seq̄tur. pr̄ est albus. igit̄ filius est niger. g̃ ꝯn̄a in ipō nō valet in alijs oppositis.

In oppositū est ph̄us in textu. Sciendū est pmo ꝙ postq̄ȝ ph̄us docuit termiare ꝓblemata simplicis inherētie respiciēdo ad opposita quātū ad suā inherētiā. Cōn̄r docet termiare ꝓbleumata ipā inspiciēdo ad ipā opposita quātum ad consequētiā ipōrum. et pmo in ꝯtradictorijs et deinde in alijs oppositis.

Sciendū est secūdo. ꝙ vt sufficit ad propositū duplex est ꝯn̄tia. scȝ ꝯn̄a in ipō et cōsequētia in ecōtrario. et q̄libet ē duplex. nā quedam terminoꝝ. et alia est ꝓpōm. Un̄ ꝯn̄a in ipso ꝓpōm ē qn̄ eodē ordine seruato an̄s infert ꝯn̄s et oppositū an̄tis infert oppositum ꝯn̄tis Sed ꝯsequētia in ipō terminoꝝ est qn̄ in an̄te aliq̄d predicatū d̄r de subiecto et in ꝯn̄te oppositum. predicati dicitur de opposito subiecti. Sed ꝯsequētia in ecōtrario ꝓpōm est qn̄ an̄s infert ꝯsequens. et ex opposito cōsequētis infertur oppositū an̄tis. Consequētia ꝟo in ecōtrario terminoꝝ est qn̄ aliq̄d predicatū d̄r de subiecto in an̄te. et oppositū subiecti d̄r de opposito ꝑdicati in ꝯsequēte. Et d̄r ꝯsequētia in ipso q2 seruatur idē situs et ideȝ ordo in an̄te et in consequēte. Sed d̄r ꝯn̄tia in ecōtrario ꝓpter euersum sitū an̄tis et consequētis.

Conclusio prima. consequētia in ipso terminoꝝ nō valet formaliter in ꝯ̄dictorijs sed qn̄q3 tenet materialiter vt in termis cōuertibilibus. sed ꝯn̄tia in ecōtrario tā terminoꝝ q̄ȝ ꝓpōm tenet in ꝯ̄dictorijs. Prima ps cōclusionis patet. q2 nō seq̄tur si hō est aial est. igit̄ si est nō homo ē non aial. Et cā est q2 ibi arguit̄ a destructione an̄tis ad destructōem ꝯn̄tis. Scd̄a pars pt3 q̄a bn̄ sequit̄ grā materie hō est risibil̄ igitur nō homo ē nō risibilis. et sil'r dicetur de cōsequētia in ipō ꝓpōm. Tercia ps conclusionis pt3 ꝑ illā regulā. si aliq̄ cōsequētia sit bona ex opposito ꝯ̄dictorio ꝯsequētis seq̄tur cōtradictoriū an̄tis. vt bn̄ seq̄tur si hō est aial. igit̄ si est nō aial est nō hō. et in ꝯn̄tia terminoꝝ. vt oīs hō est aial. igitur oē nō aial est nō hō Et maxime ꝯfirmātes ista argumēta sumūtur ex illa maxima cōi sicut oppositū3 in opposito. et ꝓpositum in ꝓposito

Cōclusio secūda. consequētia in ecōtrario terminoꝝ et etiā ꝓpōm qn̄q3 tenet in contrarijs gratia materie. Un̄ solū in ipis valent qn̄ habet modū totius integl̄is ⁊ ꝑtis eius. patet ꝯclusio. q2 bn̄ seq̄tur euechya ē sanitas. igitur egritudo ē cathechya. Euechya vero est bona dispō intus et extra. et d̄r ab eu q̄d est bonū et chymos q̄d est humoꝛ. Sed cathechya est mala dispō intus vl' extra. et d̄r a cacos q̄d est malum et chymos quod est humoꝛ.

Dubitatur primo. Utrum ꝯn̄tia in ipso terminoꝝ valeat in ꝯ̄rijs Ad dubiū rn̄detur ꝙ quattuoꝛ ꝯ̄dictionibus obseruatis. Prima ē ꝙ ponat̄ substātia subiecti ꝯsequētis Scd̄a est ꝙ arguat̄ in ꝑdicatis ꝑ se. ideo non seq̄tur albū est dulce. igit̄ nigꝝ est amaꝝ. Tercia ē ꝙ extrema vnius ꝯ̄rietatis nō cōtineat̄ sub eodē mēbro alterius ꝯ̄rietatis. Ideo nō sequitur ꝓdigalitas ē viciū. ideo illiberalitas ē virtus. q2 duo ꝯtraria subiecta cōtinētur ſb vno scȝ vicio. Quarta cōditio ē ꝙ in vtraq3 sit idē modus oppōnis. ideo nō seq̄tur illiberalitas ē defectus. igitur liberalitas ē supabūdantia. q2 predicata opponūtur tanq̄ȝ duo extrema. sub

iecto ꝟo tanq̄ȝ mediū et extremū. Sed istis cō ditionib⁹ obseruatꝭ sp̄ tenet in ꝯrijs. vt bñ se/ quitur Justicia ē virtus. igit͛ iniusticia ē viciū Sil'r consequētia in ipo ꝓpōm valet in cōtra/ rijs duabus cōditōnib⁹ vltimis obseruatꝭ. vt bene seq̇tur si sortes ē iustus est ꝟtuosus. igit͛ si est iniustus est viciosus.

Dubitatur secūdo. Utrū conse/ quētia in ipo terminoꝝ valeat in ꝑuatiue op positis. et in relatiue oppositꝭ Ad dubiū rñr primo. q̄ illa ꝯñtia valet in ꝑuatiue oppositis tribus ꝯditōnib⁹ obseruatꝭ. Prima ē q̄ pona tur cōstantia subiecti ꝯñtis. Scd̄a ē q̄ arguat͛ in p̄dicatōnibus ꝑ se. Tercia ē q̄ ꝑuatio supio ris habitus restringat͛ ꝑ habitū inferiorꝭ ꝑua tionis. ideo nō seq̇tur vidēs est sentiēs. igitur cecus ē insensibilis. sed bñ seq̇tur igit͛ cecus ē insensibilis sensu visus. Sil'r consequētia in ipso ꝓpōm tenet in ꝑuatiue oppositꝭ vltima cō ditione obſuata. Patȝ q̄a bñ seq̇tur si aliq̇d ē tangibile illud ē sensibile. igit͛ si aliq̇d est intā/ gibile illud ē insensibile sensu tactus. et maxia istoꝝ est si ꝑuatiuū in ꝑuatiuo. et ꝓpositū in ꝓ posito. sed ꝯñtia in ecōtrario terminoꝝ et ꝓpo sitionū nō valet in ꝑuatiuis nisi grā materie. Dicit͛ scd̄o ad dubiū q̄ ꝯñtia in ipo terminoꝝ valet in relatiue oppositꝭ quatuor cōditionib⁹ obseruatꝭ. Prima ē q̄ ponat͛ constātia subiecti cōsequētis. Scd̄a ē q̄ arguat͛ in p̄dicatōnib⁹ ꝑ se. Tercia ē q̄ ābo extrema vnius ꝓpōnis nō cōtineātur sub vno mēbro alterius Quarta ē q̄ arguat͛ in relatiuis ſm rē et illis cōditioni/ bus obseruatꝭ valebit ꝯñtia. vt duplex ē mul tiplex. igit͛ subduplex ē submltiplex. Et sil'r cō sequētia in ipo ꝓpōm valet in relatiue opposi/ sitis duab⁹ vltimis cōditionib⁹ obseruatꝭ. vt bñ seq̇tur si aliquid ē duplū illud ē multiplex igitur si ē subduplū est submltiplex. Sed con sequētia ꝺe ꝯrio terminoꝝ et ꝓpōnū non valet in relatiue oppositꝭ nisi q̄nq̄ȝ grā materie

Ad rōnes. Ad primā negetur añs quia ex quo consequēs est cōmunius añte suū ꝯtradictoriū est minus cōe q̄ȝ ꝯtradictoriū an tis qꝛ ꝺe paucioribus ꝺꝛ. Ad scd̄am ꝺꝛ q̄ illa autoritas solū tenet in termis ꝯuertibilib⁹. et in illis bñ valet ꝯsequētia in ipā rōne materie. Ad terciā ptȝ solu° ex dictꝭ in scd̄o articulo.

Rursum in coniugatis et cetera.

Queritur octauo. Utrum cōsideratio/ nes posite in textu ad terminandū ꝓbleumata simplicis inherētie ꝑ locos medios sint suffi/ cienter assignate. Arguitur p̄mo q̄ nō. quia nō sequit͛. albū est dulce. igitur albedo ē dulcedo neq̄ȝ sequitur hō est aīal. igitur hūanitas ē ani malitas. et tñ ibi arguitur ꝑ locū a cōiugatis igitur Scd̄o arguit͛ nō seq̇tur generatio est bona. igitur genitū est bonū. quia pt fieri malū postq̄ȝ genitū est et male ponit͛ cōsideratio ad arguendū ꝑ locū a generatōne. sil'r non seq̇tur corruptio xp̄i fuit bona. ergo xp̄s fuit malus et tamē ibi arguitur ꝑ locū a corruptōne. igi/ tur ꝛc. Tertio arguit͛. nō seq̇tur aliqui sunt naturaliter liberales vel casti. igitur stꝭ libera/ rales vel casti simpl'r. neq̄ȝ seq̇tur cōtingit ali/ quod corruptibile nunc nō corrūpi. igitur cō/ tingit aliq̄ꝺ corruptibile nō corrumpi et tamē ibi arguitur ꝑ locuȝ a ſm quid ad simpl'r qui ponitur in textu. igit͛ ille locus male assignat͛.

In oppositū est pħus in textu.

Sciendū est p̄mo q̄ postquā pħus docuit terminare ꝓbleumata simplicis inherē tie ꝑ locos extrinsecos. Consequēter docet ip sa terminare ꝑ locos medios. et primo ꝑ locum a cōiugatis et a casibus. Unde cōiugata dicū tur abstractū et eius concretū que dicūtur con iugata q̄ si sub vno iugo significatōnis posita. quia cōueniūt in re significata. licet differāt in mōdo significādi. vt albū et albedo. Sed ca/ sus dicūtur aliq̄ plura que cadūt ab vno prin cipali sicut iustū et iuste a iusticia. Et circa lo/ cos a cōiugatis et casibus ponit pħus duas cōsiderationes. Prima ē si aliq̄ꝺ cōiugatoruȝ vel casuū verificet͛ ꝺe aliquo etiā alia ꝺe ipo ve/ rificātur. et si vnū ꝺestruatur et etiā reliquū. be ne seq̇tur iustus ē bonus. igitur q̄ꝺ iuste fit be ne fit. tamē ꝑ istaȝ cōsiderationē optet arguere in p̄dicationibus ꝑ se. ideo nō seq̇tur albū est dulce. igit͛ albedo ē dulcedo. Scd̄a cōsideratio est. si vnū cōiugatoꝝ dicatur ꝺe aliq̄ subiecto. Cōsiderandū est si cōtrariū illus dicatur ꝺe cō/ trario subiecti et si sic ꝓbleuma ē construēduȝ si nō ꝓbleuma ē ꝺestruendū. vt bñ seq̇tur in cō iugatꝭ. iniusticia ē ignorātia. igit͛ iniustus est ignorans. et in casibus bonū est suaue. igitur malū nō est triste. sed ista cōsideratio sumitur ſm locum a ꝯtrarijs ꝑ ꝯsequētiā in ipo. q̄ȝuis per ipam possumus arguere in ꝯiugatis.

Sciendū est secūdo. q̄ circa locos a generatōne et corruptōne pħus ponit duas considerationes. Prima est. si generatio ali/ cuius est bona. oportet genitum esse bonū. et si mala oportet genitum esse malū. Scd̄a est si

Coniugata

Casus

coꝛruptio alicuius ſit bona. oꝑtet coꝛruptū eē bonū. Et ſil'r poneret arguēdo a generātibus ⁊ coꝛrūpentibʼ. et tenēt ſolū iſte ꝯſideratōes reſpectu illoꝵ p̄dicatoꝵ bonū et malū. dr̄nter tñ in loco a generatōne et a coꝛruptōe. qꝛ gñatio terminat ad eſſe rei idē eſt cadē bonitas vl' malicia generatōis et rei genite. ideo in loco a gñatione arguit reſpectu eiuſdē p̄dicati. Coꝛruptio ꝯo terminat ad nō eē rei. ꝗ ipi rei opponit. ideo cōtraria predicata dicutur de re coꝛrupta. Sil'r circa locū a ꝓportione ponit phus duas conſideratōnes Prima ē ſi aliqd p̄dicatū dicatur de aliq̄ ſubiecto videndū ē in alijs que ſil'r ſe hn̄t ſi aliqd illoꝵ inſit et ſi ſic ꝓbleuma ē cōſtruēdū et ſi nō deſtruendū eſt. qꝛ ſi in aliq̄ ſil'r ſic ſe hēt ita et in alijs. et ꝑ iſtā ꝯſideratōem oꝑtet arguere a ſil'ibus ſm illud in q̄ ſunt ſil'ia ⁊ ſm ꝙ hn̄t inter ſe ꝯuenictiā Scd'a ꝯſideratio ē ſi aliqua ſil'iter ſe hn̄t reſpectu alicuius videndū eſt ſi ſimiliter ſe hn̄t ad vnū et multa. qꝛ ſepe aliq̄ conueniūt que tñ drūt ſm vnū et multa. ſicut ꝯtingit plura ſcire vnū vero intelligē ſimiliter ſe habent. et hoc dictū ſic pōt intelligi plura ſcire ſcꝫ in habitu et vnū ſolū intelligere. ſcꝫ cognitōne actuali. Vel alio mō qꝛ ſciētia ē concluſionū et intellectus ē principioꝵ ſed ad ſciendū ꝯcluſionem oꝑtet multa p̄cognoſcere ſcꝫ p̄miſſas. non autē ad intelligendū principia

Concluſio prima Probleumata ſimplicis inherētie terminari pn̄t ꝑ locū a maiori ad minus et ecōtra et per locū a ſimili. probatur ꝯ°. ꝑ ꝯſiderationes q̄s ponit phs in textu. Vñ circa locū a maiori ad minus et ecōtra ponit phus q̄ttuoꝛ ꝯſidercratōnes. Prima ē ꝙ ſi magis ſeq̄tur ad maius. ita ſimpl'r ad ſimplicit et ecōuerſo. ſicut ſi voluptas ē bonū. magis voluptas ē magis bonū. et hec ꝯſidera° tenet duobus obſeruatꝭ. Primū eſt ꝙ aſſignat in hijs que ſuſcipiūt magꝭ et minus. ideo non ſeq̄tur hō eſt al'. igitur magis hō eſt magꝭ aial. Scd'm ē ꝙ arguatur in p̄dicationibʼ ꝑ ſe. ideo nō ſeq̄tur albū eſt dulce. igitur magis albū eſt magis dulce. Et iſta ꝯſideratio tenet arguēdo cōſtructiue ⁊ deſtructiue. et ꝑ eam magis arguitur ꝑ locum a ꝓportione ꝙ̄ ꝑ locum a maiori ad minus. licet ex ꝑte vocis videatur habere cōuenientiā cū loco a maiori. Scd'a ꝯſideratio eſt qn̄ vnū p̄dicatū dicit de duobus ſbiectꝭ. videndū eſt ſi illi cui magis videtur ineē nō inſit quia ſi ſic nō ineēt illi cui minʼ videt ineſſe ꝑ locum a maiori ad minʼ et econtra. ſi inſit illi cui minus videt ineē et illi cui magis videt ineſſe. Tercia ē ꝙ qn̄ duo p̄dicata vident ineē vni ſbiectꝭ vni magꝭ et alteri minʼ ſi illud ꝗ magis videtur ineē ineſt et illud ꝗ minʼ Quarta cōſideratio ē qn̄ duo p̄dicata videntur ineſſe duobus ſubiectꝭ vnū magis et alteꝵ minʼ ſi illud ꝗ magꝭ videtur ineē ineſt. et illud ꝗ minus et in ipis arguēdū eſt vt ꝓus a maiori ad minʼ deſtructiue et a miori ad maius ꝯſtructiue tm̄. et ſil'r circa locū a ſil'i hn̄tur tres ꝯſiderationes Prima ē qn̄ vnū p̄dicatū videt ſil'r ineſſe duobus ſubiectꝭ. tūc ſi inſit vni. ineſt alteri. et ſi nō ineſt vni nec alteri Scd'a ē qn̄ duo p̄dicata vident ſil'r eidē ineē ſubiecto ſi vnū inſit. ita et reliquū. Tercia ē qn̄ duo p̄dicata ſil'r videntur ineē duobʼ ſubiectꝭ ſi vnū inſit vni. ita et reliquū alteri. et tunc arguendꝫ eſt vt prius tam conſtructiue ꝙ̄ deſtructiue.

Concluſio ſecunda. cōſideratōnes in textu poſitos circa locos medios ad terminandū ꝓbleumata ſimplicis inherencie ſtꝭ ſufficienter aſſignate. Probaret concluſio inductiue ꝑ cōſiderationes ſuperius poſitas.

Dubitatur primo. de cōſiderationibus poſitis in textu ad arguendū ꝑ locū ab effectu ad cām efficientē queſtꝭ et q̄rſtꝭ. Ad dubiū rn̄r ꝙ due ſunt. Prima ē ſi aliq̄d appoſitū alteri faciat ipm̄ tale cū nō eēt ꝓus ſeq̄tur ꝙ appoſitū eſt tale. vt lac appoſitū aque facit ipam albā. igit lac eſt albū. tñ ad veritatē iſtius tria req̄runt Primū eſt ꝙ appoſitū ſit ſuſceptiuū denoiatōnis ſicut illi cui apponit. ideo nō ſeq̄tur albedo facit hoiem albū. igitur ipa ē alba. Secūdo req̄ritur ꝙ arguat ab effectu ad cām totalem et ſufficientē. ideo nō ſeq̄tur calidū appoſitum aque facit tepidū. igitur calidū eſt tepidū. Terciū eſt ꝙ arguat in cauſis ꝑ ſe et vniuocis. ideo nō ſeq̄tur vinū facit hoiem ebriū igitur ipſum ē ebriū. Scd'a ꝯſideratio eſt ſi aliq̄d alteri appoſitū facit ipm̄ magis tale ꝙ̄ ꝓus fuit. ſeq̄tur ꝙ appoſitū ſit magꝭ tale. ⁊ iſte locus tenet cōſtructiue. ſed deſtructiue nō ſeq̄tur vt ſit aliq̄d appoſitum alteri non faciet ipm̄ album. igitur ipſum non eſt album

Dubitatur ſecūdo. de cōſideratōibʼ poſitꝭ in textu ad arguendū ꝑ locū a ꝑte in mō ad ſuū totū. Ad dubiū rn̄r ꝙ due ſtꝭ Prima ē ꝙ ſi aliqd p̄dicatū inſit alicui ſbiecto ſm magꝭ et minʼ illud ē ſimpl'r ꝑ locū a ꝑte in mō. ⁊ tenꝫ iſte locʼ cōſtructiue tm̄. et nō deſtructiue. vt bn̄ ſeq̄tur aliq̄d ē magꝭ albū ꝙ̄ aliud. igit ē albū. Ro eſt qꝛ ꝯpatiuʼ p̄ſupponit ſuū poſitm̄ Scd'a cōdera° ē ſi aliqd p̄dicatū inſit ſbiecto ſm q̄d. i. ſm ꝑtē integralē vl' ſm locū vl' ſm tps. Aliud p̄dicatū ineē ſimpl'r vt bn̄ ſeq̄tur. ſoꝛtes nūc eſt albʼ. igit ſoꝛtes ē albus. et dꝛ iſte locus ſm q̄d ad ſimpl'r. Vñ dcm̄ ſimpl'r ſm textū dicit il/

liud qđ ponitur sine addito hoc ē sine aliqua determinatione ipm determinante. Et dictum ſm quid est dictū ſumptū cum aliq̄ determinatione. Est tn̄ duplex determiatio. quedā impropria que ē diminuēs. et iſta facit dcm̄ ſm q̄d. a quo ſumit̄ locus ſophiſticus. et de iſto ꝓcedunt plures inſtātie ꝑ iſtum locū poſite in textu. Alia eſt determiatio cōtrahens et nō diminuens. et ſm ipam ſumitur dcm̄ ſm q̄d a quo ſumit̄ locus dyaleticus. q̄ aliter dicitur locus a parte in modo ad ſuū totum.

Ad rōnes. Ad primā dicit̄ ꝙ in prima inſtātia arguit̄ in ꝑdicatione accn̄tali. ideo nō ſeq̄tur. De alia etiā dicitur ꝙ nō ſeq̄tur quia cōiugata nō ſumūtur ꝓprie in ſubiectis ſicut nec ibi ſumit̄ denoīatio ꝓprie dicta. ſed ſolum ſumit̄ in accn̄tibus. ideo ibi nō arguitur per locū a cōiugatis. Ad ſcd̄am dr̄ ꝙ ibi arguitur de bonitate vel malicia que ꝑ accn̄s pōt cōuenire genito. ideo nō bene arguit̄. q̄a ſemper oportet arguē de bonitate vel malicia que ꝑ ſe cōueniunt generatōni vel generato. corruptioni vel corrupto et nō ſm alteꝝ. Ad terciā dr̄ ꝙ ibi arguit̄ a dicto ſm q̄d ad dcm̄ ſimplicitr vbi em̄ ponitur determiatio diminuens. ideo ibi ē locus ſophiſticus et nō a ꝑte in modo.

Et hec de queſtione. et per ꝯn̄s de toto ſecundo libro Thopicoꝝ.

Utrum autē ſit magis eligendū aut melius. Querit̄ primo Utrum illud quod ē diuturnius et certius ſit magꝭ eligendū minus diuturno ⁊ minꝰ certo. Arguit̄ primo ꝯtra ſuppoſitū. q2 determiare de eligibili ſpectat ad moralē ph̄iaꝫ igitur nō ad hanc ſciem. et ſic nō dēt hic queri vtꝝ aliquid ſit eligendū magis alio. Scd̄o arguitur cōtra queſitū. q̄a ferruꝫ eſt diuturniꝰ equo. et tn̄ nō eſt magis eligendū equo. igitur qđ eſt diuturnius nō eſt magis eligendū minꝰ diuturno. Tertio arguit̄. ſcientia certior eſt virtute q̄a ꝓcedit ex neccārijs et impoſſibilibus alitr ſe habē. et ꝟtus eſt a volūtate que pōt aliter ſe hēre. ſed ꝟtus ē magis eligēda q̄ꝫ ſciētia. igitur certius nō eſt magꝭ eligendū q̄ꝫ minus certū. In oppoſitū eſt ph̄us in textu.

Sciendū eſt ꝑmo ꝙ poſtquā ph̄us in ſcd̄o libro determiauit de ꝓbleumate accn̄tꝭ nō ꝯtracto. Conūr determiat de ꝓbleumate accn̄tis ꝯtracto et ꝯꝑato ſil' vel ꝯtracto tm̄. et ſic determiat de ānexo accn̄tꝭ. q̄a ꝯꝑatio ſm magꝭ et minus ānectit̄ accn̄ti. et inter ꝯſideratōes h̄ ꝓpoſitas ꝑponit illas ꝯſideratōes ph̄s de q̄bus q̄rit pn̄s q̄ſtio. et vt dr̄ in textu p. nō intēdit ponē ꝯſideratōes q̄ plurimū diſtāt q̄a in ipis nō ē ꝑeminētia vniꝰ ad alteꝝ. nullꝰ em̄ dubitaret vtꝝ btītudo ſit magꝭ eligēda q̄ꝫ diuitie. ſꝫ p intendit ponē ꝯſideratōes de his q̄ paꝝ diſtāt. q2 in ipis difficile ē vidē ꝑeminētiā vniꝰ ad alteꝝ.

Sciēdū ſcd̄o. ꝙ ꝯſiderādo bonitatē ex ꝑte eligibil' ph̄us in textu poit duas ꝯſideratōnes de q̄bus q̄rit pn̄s q̄ſtio. et ponit ſeptē ex ꝑte eligētis. Prima ē ꝓpoſitꝭ duobꝰ bonis qđ ē diuturniꝰ ē magꝭ eligendū q̄ꝫ minꝰ diutn̄ū. ⁊ iſta dn̄t intelligi ſi cetera ſint paria. i. ſi vnū nō hēat ꝑeminentiā an̄ aliud niſi ꝑ h̄ ꝙ ē diuturniꝰ et certiꝰ. Prima ꝯſideraꝰ ex ꝑte eligētꝭ ē iſta. illđ eſt magꝭ eligēdū qđ vir prudēs eligit. Scd̄a eſt. illud ē magꝭ eligēdū qđ vir bonꝰ eligit. Tercia illud qđ fit ſm legē rectā ē magꝭ eligēdū illo qđ nō fit ſm ipam. Quarta ē illud viri ſtudioſi eligūt ē magis eligēdū. Quinta ē illud ē magis eligēdū in aliq̄ arte vl' ſciētia qđ a pluribus ē eligēdū. Sexta ē illud ē magꝭ eligēdū qđ plures eligūt q̄ꝫ qđ vnꝰ ſolus. Septima ē illud ē magꝭ eligēdū qđ ab oībus appetit̄. oīa aūt bona appetūt. Precedētiū āt ꝯſideratiōnū ratio cōis ē. q̄a hoīes prudētes boni et ſtudioſi et ſic de alijs eligunt et opant̄ ſm rectā rōem. Cōſiderādo āt bonū rōne forme ph̄s ponit q̄n q̄ꝫ ꝯſideratōes ad ꝓbanđ aliq̄d eē magꝭ vel minus eligēdū. Prima ē. illud ē magꝭ eligēdū qđ eſt ꝑ ſe in gn̄e q̄ꝫ illud qđ nō eſt in gn̄e ꝑ ſe. vt iuſticia ē magis eligēda q̄ꝫ iuſtū. et ꝑ hoc ptꝫ ꝙ iuſticia q̄ eſt abſtractū reponit̄ ꝑ ſe in gn̄e. ſed iuſtum qđ ē ꝯcretū nō reponit̄ in gn̄e de ꝑ ſe. ⁊ iſtđ hēt ꝑncipalit̄ intelligi de gn̄e moris ſcꝫ de gn̄e boni et nō de gn̄e ꝑdicamētali niſi minus ꝑncipalit̄. Scd̄a ꝯſideraꝰ illud ē magꝭ eligēdū qđ ꝓpter ſe et nō ꝓpter alteꝝ eligit̄. ut ſanū eē q̄ꝫ tātū exercitari. Tercia ē illud qđ ē ꝑ ſe eligibile ē magꝭ eligēdū q̄ꝫ illud qđ ē ꝑ accn̄s. vt amicos eē iuſtos eſt magis eligenduꝫ q̄ꝫ inimicos eſſe iuſtos. q2 ſcd̄m eligit̄ ꝑ accn̄s ne ſcꝫ inimici nobis noceāt et ꝑmū eligit̄ ꝑ ſe. Quarta ē. illud qđ ꝑ ſe eſt cā boni ē magꝭ eligēdū q̄ꝫ illud qđ eſt cā boni ꝑ accn̄s tm̄. vt virtus ē magꝭ eligēda q̄ꝫ fortuna. et ꝑ oppoſitū illud qđ eſt ꝑ ſe cā mali magis ē fugiendū illo qđ eſt cauſa mali per accidens. Quinta eſt. bonū ſimpliciter eſt magis eligendū q̄ꝫ bonū ſm quid. vt ſanū fie

ri q̄ȝ secari. quia secari nō est eligendū nisi indi
genti sectione. Et similiter qđ est bonum a na/
tura est magis eligendū q̄ȝ quod nō est a natu
ra. Considerādo aūt bonū ex pte cause materia
lis in qua phus ponit duas consideratōnes.
Prima ē illud qđ inest honorabiliori et nobi
liori subiecto est magis eligendum vt qđ inest
deo melius est eo qđ cōuenit et qđ inest aīe eo
quod inest corpi. Scđa est illud qđ est ꝓpriū
honorabilioris vel melioris subiecti vł' prio
ris subiecti ceteris prioribꝰ est magis eligen/
dum. vt propriū dei melius est ꝓprio homīs.
et sanitas que ē in humoribꝰ precedētibus cō
positionē membroꝝ melior est robore et deco/
re qui sunt in posterioribus.

Conclusio prima. Probleuma acci
dentis sufficiēter terminari potest cōsideratiōi/
bus p̄dictis. patet hec ꝯclusio ex p̄dictis.

Conclusio secunda. et respōsalis ad
quesitum ꝓpositis duobus bonis eiusdē spe/
ciei bonitatis ceteris paribꝰ qđ est diuturnius
et certius ē magis eligendū Probaẜ conclusio
quia nihil eligiẜ nisi inquantū cognoscitur bo
num. sed bonitas nō est pfecta nisi aliquo mō
sit pmanens. igitur qđ diuturnius et certius
est in bonitate ceteris paribus ē magis eligenđ
Item ꝓbatur qꝛ bonitas ē causa et ratio eligi/
bilitatis. sed quod ē diuturnius et eligibilius
est magis bonum ceteris paribus. igitur con/
clusio vera.

Dubitatur p̄mo Qualiter dr̄ñter
de eligibili et fugibili determinaẜ in ista scien/
tia in phia morali et in rethorica. Ad dubiū
respondeẜ ꝙ de ipis determinaẜ in phia morali
que considerat p̄ncipia actuū et habituū mo/
raliuȝ p compationē ad sua p̄ncipia et causas
Sed in rethorica agitur de ipis ſm ꝙ ordinā
tur ad negociū alicuius pticularis hominis.
puta ad suadendū et dissuadendū ad ꝓuocā
dum aliquē ad iraȝ vel gaudiū. sed in ista sciē
tia agitur de eligibili et fugibili ſm ꝙ ex ipsis
possunt fieri ꝓbleumata. que p consideratōes
cōmunes et thopicas pn̄t terminari.

Dubitatur secūdo. Utrū concre/
ta accidentiū ponātur in genere. Pro dubio
considerandū est. ꝙ cōcretū accidentis potest ca
pi dupl'r. Uno mō inquantū noīat formā ac/
cidentis ſm esse qđ habet in subiecto. Alio mō
inq̄ȝtuȝ dicit opationē ꝓcedentē a tali forma
sicut iustū pōt significare iusticiā vt inherētē
subiecto. et posset significare opationē a iusti/
cia ꝓcedentē. et vtroq̄ȝ modo pt capi in ꝓposi/
to. Tunc r̄ndetur ad dubiū. ꝙ abstrācta ac
cidentiū sunt p se in genere p̄dicamētali. Con/
creta vero ex cōsequenti et reductiue. Primuȝ
patet quia qđ per se ponitur in predicamēto de
bet significare simplicē naturā illius predica/
menti. et nō pmixtā aliene nature. sed sic est de
abstractis Scđm patet q̄a concretū significat
naturam alteri pmixtā et nō naturā simpliceȝ
tamē eandē naturā importāt cum abstracto.
igitur concretū ex ꝯn̄ti habet reponi in genere
sui abstracti. et hec de secūdo. Rōnes solute sꝫ
ex scđa questione et p̄mo dubio.

Et finis quidem et cetera.

Queritur secūdo. Utrum finis sit ma
gis eligendus hijs que sunt ad finem. Argui
tur primo ꝙ nō. quia finis nō est eligendus.
igitur nō est magis eligendus hijs que sꝫ ad
finem. Añs patet qꝛ dicitur tertio ethicoꝝ. ꝙ
voluntas est finis et electio eoꝝ que sunt ad fi
nem. Scđo arguitur. plura sunt paucïori/
bus magis eligenda. sed media ad finē sꝫ plu
ra. et finis est vnus tm̄. igitur ea que sꝫ ad fi/
nem sunt magis eligenda q̄ȝ finis. Tertio
arguitur ea que sunt ad finem pn̄t esse fine nō
exn̄te. igitur finis nō est magis eligēdus hijs
que sunt ad finem.

In oppositum est phus in textu

Sciendum est primo. ꝙ postquā
phus posuit aliquas cōsideratōnes ad termi/
nandū ꝓbleumata contracta et compata de ac
cidente acceptas ex pte cause materialis et for/
malis ipius boni Consequēter ponit aliquas
ex pte cause finalis et aliq̄s ex pte cause efficien
tis. Ex pte em̄ cause finalis ponit quattuor cō
sideratōnes. Prima ē. finis ē magis eligēdus
hijs que sunt ad finem. Scđa cōsideratio est.
medioꝝ que sunt ad eundē finem illud qđ est
propinquius fini ē magis eligendū. Tercia ē
medioꝝ que sunt ad plures fines illa que sunt
ad meliorē sunt magis eligenda vt ꝙ ordinaẜ
ad finem humane vite scȝ ad beatitudinem est
magis eligenduȝ q̄ȝ illud qđ ordinatur ad a/
liud puta ad prudentiā. Quarta consideratō
est medium possibile est magis eligendum me/
dio impossibili.

Sciendū est secūdo. ꝙ ex parte cau
se efficiētis multe ponūtur cōsideratōnes. et in
ter eas miscētur alique accidētaliter in declara/
tione p̄cedentiū et sequentiū. Prima est ꝙ duo
bus exn̄tibus effectibus cuius finis melior ē
et ipm est magis eligendū. vt virtus ē melior
q̄ȝ medicina Secūda ē si sunt duo effectiua q̄ꝝ

finis vnius superat finẽ alteri⁹ plus q̃ȝ finis su-
patus supat suũ effectm̃. tũc effecti finis supã/
tis est magis eligẽdus fine superato. vt beati/
tudo plus supat sanitatẽ q̃ȝ sanitas medicinã
q̃ est effectia eius. iõ virt⁹ que ẽ efficiua btitudis
ẽ melioꝛ saĩtate. qꝛ q̃ȝtũ beatitudo supat sani/
tatẽ, tãtũ effectm̃ beatitudis supat effectm̃ sani
tatis. sȝ btitudo pl⁹ supat saĩtatẽ q̃ȝ saĩtas sana
tiuũ. igit̃ ꝟtus plus supat sanatm̃ q̃ȝ sanitas ⁊
sic melioꝛ ẽ. Tercia ꝯsideratõ ẽ duoꝝ vl' pluri
um illud qd̕ est per se meli⁹ ⁊ honoꝛabili⁹ ẽ ma
gis eligẽdũ. vt amicicia ẽ magis eligẽda pecu/
nijs. qꝛ est per se ꝺ̃ genere honoꝛabiliuȝ. pecuĩe
vero solũ ꝓpter aliq̃d eligũtur. Quarta ꝯside
ratõ ẽ si sint plura bona similia vt nõ possum⁹
p̃eminentiã vni⁹ ad alterũ scire. Cõsiderãdum
est ad ea q̃ sequunt̃ ipa. ⁊ tũc illd̕ cui⁹ ꝯsequens
est meli⁹ ẽ magis eligendũ. Si vero ꝯsequẽtia
sint mala. tũc illd̕ cui⁹ ꝯseq̃ns ẽ min⁹ malũ est
magis eligẽdũ. ⁊ capit̃ h̕ malũ ꝓ difficili. Naȝ
vt dicit ph̕s nihil ꝓhibȝ aliq̃d eẽ eligẽdũ cui⁹
tamẽ ꝯseq̃ns ẽ difficile ⁊ malũ. Quĩta ꝯside
ratio ẽ si ad aliq̃d vnũ plura sequũtur ſm p̃us
et posteri⁹. illd̕ qd̕ ꝯsequit̃ posteri⁹. vt in pluri
bus ẽ meli⁹. sicut ad addiscẽ sequit̃ ignoꝛaẽ et
ꝯsequẽt̃ scire. Nã addiscẽs p̃mo ignoꝛat ⁊ po
stea fit sciens. nõ scire ẽ magis eligendũ q̃ȝ ig/
noꝛare. Sexta ẽ plura bona sunt magis eligen
da paucioꝛib⁹. dũ tñ illa plura nõ oꝛdinentur
ad aliquẽ alioꝝ sicut ad finẽ. qꝛ sic nõ eẽnt ma
gis eligẽda. vt sanati ⁊ sanatm̃ sunt duo bona
oꝛdĩata ad saĩtatẽ. ⁊ tñ sanitas ẽ mag̃ eligẽda
ipsis. Sil'iter plures ꝟtutes ad felicitatẽ oꝛ/
dinãtur. ⁊ tamẽ felicitas ẽ magis eligẽda q̃ȝ ꝟ
tutes Alia ꝯsideratio exponit p̃cedentem est ꝙ
nihil ꝓhibet nõ bona quibusdã bonis esse ma/
gis eligẽda sicut beatitudo ⁊ pua tristicia q̃ nõ
est bona neqȝ mala sunt nõ bona. ⁊ tñ sunt ma/
gis eligẽda q̃ȝ foꝛtitudo ⁊ iusticia simul q̃ sunt
plura bona Alia ꝯsideratio ẽ bonũ. qd̕ posside
tur cũ ꝺ̃lectatõe ⁊ leticia ẽ magis eligẽdũ q̃ȝ il/
lud qd̕ possidet̃ cũ tristicia. Alia ꝯsideratio ẽ.
vnũ qdq̃ȝ bonũ est magis eligẽdũ in t̃pe q̃ ma/
gis pꝛoficit. vt pꝛudẽtia est magis eligẽda in
senectute q̃ȝ in iuuẽtute. Alia ꝯsideratio ẽ. qd̕
pꝛoficit in om̃i t̃pe vel in plurib⁹ ẽ magis eli/
gendũ illo qd̕ in pautioꝛib⁹ ꝓficit vt iusticia ⁊
tẽperantia sũt magis eligẽda q̃ȝ foꝛtitudo. Ul
tima cõsideratio ẽ ꝓpositis duob⁹ bonis illud
quo habito nõ indigem⁹ altero ẽ magis eligen
dum illo quo habito adhuc indigem⁹ alio. vt
iusticia ẽ magis eligẽda q̃ȝ foꝛtitudo. nã si om
nes eẽnt iusti nõ indigerem⁹ foꝛtitudĩe. sȝ si ha
beam⁹ foꝛtitudinẽ adhuc indigem⁹ iusticia.

Conclusio pꝛima. Finis est ma/
gis eligẽd⁹ his q̃ sunt ad finẽ. Pꝛobat̃ ꝯclusio
qꝛ ꝓpter vnũqdq̃ȝ tale ⁊ illud magis vt dicit̃
p̃mo posterioꝝ. sed media habẽt rationẽ boni ⁊
eligibilis ꝓpter ip̃m finẽ. igit̃ finis ẽ magis eli
gend⁹ his que sunt ad finem.

Conclusio secunda. Mediorum
que sunt ad vnũ finẽ illud qd̕ est ꝓpinqui⁹ est
mag̃ eligendũ. ꝓbat̃ ꝯclusio. qꝛ media sumũt
bonitatẽ in q̃ȝtũ accedunt ad suũ finem.

Dubitat̃ pꝛimo Quomodo capi
tur ĩpossibile in tercia ꝯsideratõe põsita ex p̃te
cause finalis boni. Ad dubiũ respondet̃ ꝙ ibi
non capit̃ impossibile ꝓ illo qd̕ nullo mõ p̃ot
esse qꝛ vt dicit̃ in ethicis. Jmpossibiliũ nõ est
electio nec capit̃ ꝓ medio qd̕ nõ potẽst attinge/
re finẽ. sed capit̃ pꝛo illo q̃ habito adhuc diffi
cile est attingere finẽ ⁊ sic capit̃ impossibile vt
negat facilitatẽ tãtũ ⁊ mediũ possibile dicit̃ p̱
quod ꝺ̃ facili possumus attingere finẽ.

Dubitatur secundo. Circa nonã
cõsiderationẽ positã ex p̃te cause efficientis. q̃/
re pꝛudẽtia ẽ magis eligẽda in senectute q̃ȝ in
iuuentute. Ad dubiũ respõdet̃ ꝙ causa ẽ. quia
senes cõmuniter capiunt̃ ad regendũ rem pu
blicã ad qd̕ requirit̃ magna pꝛudẽtia nõ autẽ
iuuenes. Jdeo dicit ph̕s nemo iuuenes in iu/
dices eligit qꝛ nõ ꝯstat eos esse pꝛudẽtes.

Ad ratões: Ad pꝛimã dicit̃ ꝙ ni
hil pꝛohibȝ aliquẽ esse finẽ respcũ aliquoꝝ et
respectu alioꝝ habere rationẽ medij oꝛdĩati ad
finẽ ⁊ rationẽ eligibilis. ꝓpꝛie capiẽdo electio
nẽ vt ẽ vni⁹ ante alteꝝ p̃optatio ꝯseq̃nẽs ẽ ꝯci/
lium ⁊ ꝺ̃liberationẽ ratiõis. tñ si sit vltim⁹ finꝭ
simplicit̃ nõ ꝓpꝛe dicit̃ eligibilis sed appetibil̃
Ad scd̕am patȝ solutõ ex dictis. Ad terciã dici
parando genus ad spēm. Cōnr idem ōndit cō
parando genus ad drām. Et circa hoc ponit
talē ɔsideratione si drā ponat̃ p gene vel ecō/
uerso fit mala assignatio vt si quis ponat sup/
abundantiaz esse genus stuporis siue admira
tionis aīe ⁊ vehemētiam eē gen⁹ fidei male assi
gnat qr vehemētia ⁊ supabundantia non sunt
genera. sed drē. h⁹ rō ē qr vniuscuiusq̄z supha
bundantia idē est illi cui⁹ ē habūdātia ⁊ sic su
phabū ad ē admirationi. si stupor dicatur.
super habūdantia ⁊ ita admiratio que est res
inaīata stupefaciet. i. admirabit̃. ⁊ ex eadē pōt
pbari ꝙ vehemētia nō est gen⁹ fidei. ⁊ sic pbat̃
quia fides ē vehemēs. igitur si ponat̃ vehemē
tia esse genus fidei sequitur ꝙ vehemētia ē ve/
hementia qd̄ nō pōt esse sicut disciplia nō ē di/
sciplinatū. Alia ɔsideratio ē si subiectū ponat̃
genus sue passionis illud ē male assignatū. vt
si quis dicat ꝙ imortalitas ē vita sempiterna.
sic ꝙ vita sit genus imortalitatis. male assigt.
quia imortalitas nō est spēs vite sed mag̃ pas
sio. Un̄ si corruptibile efficeretur imortale non
diceret̃ accipē aliā vitā. sz aliā passionē. Alia cō
sideratio ē si passio alicui⁹ subiecti ponat̃ gen⁹
illius male ē assignatū. vt si quis dicat ventuz
esse aerē motū male assignat. qr vent⁹ nō ē aer.
sed magis motus aeris aut passio eius nā aer
semp manet in sua substātia quantūcunq̄z mo
ueatur siue sit vēt⁹ siue nō. Alia ɔsideratio ē. si
assignatū p genere nulli⁹ sit gen⁹ male assigna/
tum est vt albū est nigrū nulli⁹ sunt genera. vt
si dicatur ꝙ albū pdicatur de niue ⁊ cigno non
tn̄ pdicat̃ de ipsis vt gen⁹ licet differant spē. qr
nō pdicatur de ipsis in quid sed accn̄talit̃. Alia
ɔsideratio ē si ponat̃ p genere ad qd̄ sequūtur
oīa. tunc male est assignatū vt si ens qd̄ pdicat̃
de omnib⁹ ⁊ sequitur oīa ponat̃ vt gen⁹ tūc ma
le esset assignatio. quia sic omia essent eiusdē ge
neris. Alia ɔsideratio est si assignatū p genere
sit in specie tanq̄z accidens in subiecto illud est
male assignatū. Alia ɔsideratio si tā gen⁹ q̄z spe
cies habeāt ɔtrariū quoꝝ vnū sit peius ⁊ alte/
rū melius. Considerandū est vtrū ɔtrariū illi⁹
ponatur in genere peioris aut econtra. qr si sic
male esset gen⁹ assignatū. Alia ɔsideratio est si
spēs assignata eodē mō se habeat ad duo ge/
nera ɔsiderandū si ponat̃ sub genere peioꝝ. qr
si sic mala est assignatio. vt si aīa se habeat eq̄l'r
ad motū ⁊ quietē cū quies sit melior motu. si
ponatur motus genus aīe tūc male assignat̃.
Alia ɔsideratio ē si genus assignatū suscipiat
magis ⁊ minus nō aūt spēs illud ē male assig
natū. Uerū tn̄ genera de pdicamētis accidenti/
um ad duo pn̄t ɔpari. Uno⁹ ad sua inferiora
a quibus equaliter pticipantur ⁊ sic nō recipi/
unt magis ⁊ minus. Alio mō ad sua subiecta.
in quib⁹ sunt ⁊ sic bn̄ suscipiunt magis ⁊ min⁹
⁊ si genus ɔsideratū in cōi suscipiat mag̃ ⁊ mi
nus. optet spēm suscipe. sed si suscipiat mag̃ ⁊
minus p vna pte sui ambitus ⁊ nō fm se. non
optet spēm eius suscipere magis ⁊ min⁹. Alia
ɔsideratio ē si duo genera ɔparentur ad vnam
speciem. si illud qd̄ magis videtur esse gen⁹ nō
sit genus eius nec illud qd̄ min⁹. Alia ɔsidera
tio est si due spēs ɔpentur ad vnū genus illa
q̄ videt̃ eē spēs illi⁹ gener̃ nō debēt poni sb̄ illo

Sciendum est secūdo. ꝙ ad terminā/
dū ꝓbleuma generis ꝯstructiue. ph̄s ponit ali
quas ꝯsideratōes. Et p̄mo remouet vnā inuti/
lē sūptam ex magis ⁊ minus q̄ talis est. si assi/
gnatū genus suscipiat magis ⁊ minus. ⁊ etiaꝫ
spēs cui assignat. Nō sequit̄ ꝓpter hoc ꝙ gen⁹
sit bene assignatū. sꝫ hic locus est inutilis ad ꝯ
struēdū ꝓbleuma de genere. Prima ꝯsideratō
est. si duo genera compent̄ ad species. quibus
se habent eq̄liter si vnū sit genus. ita ⁊ reliquū
⁊ si se habeāt inequaliter. ⁊ illud qđ min⁹ vide
tur esse sit genus. ita ⁊ alterū. Alia ꝯsideratō ē.
si genus assignatū de quib⁹ illis assignat̄ p̄di/
cetur in q̇d tanq̄ꝫ de differētibus spē illud ē be/
ne assignatū. Alia ꝯsideratio est si spēs est i ali
quo genere ꝯsiderādū est si gen⁹ p̄tur in q̇d de
alijs spēbus aut saltem de vna. q̄ꝛ si sic est be/
ne assignatuꝫ. Unde sp̄ oportet genus p̄dicari
de pluribus differētibus specie in eo qđ quid.
Deinde ponit ph̄s aliā ꝯsideratōem inspicien
do ad illa in quibus est reduplicatio Et decla/
rat dādo exēpla. si musicū in eo qđ musicuꝫ sit
sciēs. ita ꝙ sciēs insit simplicit̄ essentialiter ⁊ in
plus est. tūc est genus musici. Circa hoc tamen
ponit ph̄us vnū documētū. scꝫ ꝙ nō oportꝫ in
om̄ibus si aliquid seq̄tur aliud nō ꝯuertibili
ter qđ sit genus eius. q̄uis difficile sit saluare
q̇d sit genus. vt trāquillū sequat̄ quies. ⁊ diui
sibile numerū p̄t fieri instātia in multis. q̄ꝛ nō
oportet ꝙ sp̄ illud qđ est in pl⁹ sit genus alteri⁹
vt nō ens sp̄ sequit̄ om̄e qđ fit. ⁊ nō ꝯuertit̄. q̄ꝛ
q̇d fit nō est. ⁊ tamē nō ens nō est genus ei⁹ qđ
fit simpliciter. q̄ꝛ nō entis nō sūt spēs aut dr̄ne
⁊ circa hoc mota est questio.

Conclusio prima. In rebus p̄ma/
nētibus nō ens seq̄tur ad om̄e qđ fit. Proba
tur cōclusio. q̄ꝛ dū res natura p̄manētis est in
fieri nōdū habet esse. q̄ꝛ si sic. nō āplius fiet. nā
habito fine cessat mot⁹. igit̄ cōclusio vera. Un̄
res nature p̄manētis sunt ille quibus non re/
pugnat p̄tes remanere in toto. vt sunt domus.
archa. ⁊ similia

Conclusio secunda In rebus succes
siuis nō ens nō sequit̄ ad om̄e qđ fit. ꝓbat̄ cō/
clusio. q̄ꝛ in reb⁹ successiuis suū eē est in fieri. ⁊
in q̄dā successiōe suaꝝ p̄tiū adīuicē. igitur q̄n
fiunt sunt entia. Un̄ res successiue dicūt̄ ille q̄/
bus repugnat om̄es p̄tes simul p̄manere. vt sꝫ
motus t̄pus locus ⁊ figura.

Dubitatur primo. Utrū ꝓbleuma
differētie sit annexū ꝓbleumati generis. Et vi
detur ꝙ nō. q̄ꝛ ph̄us in fine huius q̄rti libri as
signat aliq̄s dr̄n̄as inter ꝓbleuma generis ⁊ ꝓ
bleuma dr̄n̄e. Et etiā sunt speciales ꝯsideratō
nes ad terminādū ꝓbleuma de genere. ⁊ ꝓbleu
ma de dr̄n̄a. igitur ꝓbleuma de genere nō est an
nexū generi. Ad dubiū r̄ndetur ꝙ vt alias i p̄/
mo libro dictū est dr̄n̄a habet similē modū in
herēdi cū genere. in hoc ꝙ essētialiter ⁊ nō ꝯuer
tibiliter inest. Ob hoc ꝓbleuma dr̄n̄a genera/
lis eisdē ꝯsideratōibus terminat̄. sicut ꝓbleu/
ma generis. ⁊ ideo est sibi ānexū. sꝫ ne credatur
ꝙ ꝯsideratōnes posite de genere verificentur de
differētia separat differentiam a genere ut di/
ctum est.

Dubitatur secundo. q̄t m̄ōis p̄ōt se
pari differētia a genere. Ad dubiū respondet̄.
ꝙ p̄t separi tribus m̄ōis. q̄ꝛ genus p̄dicatur de
pluribus q̄ꝫ differētie generis Scd̄o. q̄ꝛ ad in
terrogationē factā p̄ quid d̄ specie ꝯueniētius
assignetur genus q̄ꝫ dr̄n̄a. Tercio. q̄ꝛ differen
tia sp̄ significat qualitatē essētialē generꝭ. gen⁹
autē nō dicit q̄litatē differētie Nā q̇ dicit gres
sibile dicit q̄le sit al'. qui vero dicit al'. nō dicit
quale sit gressibile.

Ad rationes: Ad primas duas pꝫ
solutio ex dictis Ad terciā dicit̄. ꝙ illud qđ fit
est ens in potentia. sꝫ nō est ens in actu cōpleto
sue nature in rebus p̄manētibus. sꝫ in reb⁹ suc
cessiuis illud qđ est in fieri in actu sibi ꝓportō
nato. scꝫ in actu p̄mixto potentie. Et hec de
questione. ⁊ p̄ ꝯsequēs de toto quarto libro
Thopicorum Finis.

Liber quintus Thopicorum

Trum autē propri
um vel non ꝓprium est.
Queritur Utrum
conueniēter in hoc quin
to libro determinetur de
modo terminādi ꝓpriū
Arguitur ꝙ nō. q̄ꝛ ꝓpri
um nō est p̄dicatū dyalecticuꝫ. ergo de eo nō de
bent dari ꝯsideratōes terminādi ip̄m in hoc li
bro. Añs ꝓbat̄. q̄ꝛ ꝓpriū p̄dicatur de indiui/
duis de q̇bus nō p̄t p̄ artē dyalecticā termina
ri. Scd̄o arguit̄. ꝓbleumata ꝓprij terminan
tur demōstratiue. ḡ non dyalectice. ⁊ sic de ipis
nō esset hic determinādū. In opposi/
tum est p̄. in textu.

Sciendum primo. Q꞉ postq̄ꝫ ph̄us
in quarto libro determinauit de ꝓbleumate ge

neris. Cõseq̃nter in hoc quinto intendit determinare de ꝓbleumate ꝓprij. Et ratio ordinis isti⁹ libri ad librum p̄cedẽtem ⁊ sequẽtem sumitur ex ordine p̄dicatoꝝ. qꝛ ꝓpriū p̄dicatur cõuersim. iõ immediate p̄cedit diffinitõem. qꝛ diffinitõ aliquid supaddit ꝓprio: scꝫ indicaꝛ q̊d sit esse rei. sꝫ simplicius ṗus est. eo qđ est ex additione. ḡ q̊ntus liber qui est de ꝓbleumate ꝓprij precedit sextū librū qui est de ꝓbleumate diffinitõis. Et similis ratio p̄t dari de ordine istius libri ad quartū librū. qꝛ ꝓpriū supaddit modo inherẽdi q̊ nõ ꝯuenit accidẽti et generi. s. conuertibilitatẽ.

Sciendum est secũdo. Qꝫ iste liber habet quinqꝫ tractatus. In ṗmo p. ponit quādā diuisionẽ ꝓprij. In scđo determinat de ꝓprio q̄ꝫtum ad esse. siue q̄ꝫtum ad bonitatem ipius. In tercio de ꝓbleumate ꝓprij compati ad sbiectum. In quarto respiciẽdo ad opposita In quinto docet terminare ꝓbleuma ꝓprij cõparati ꝟm actū ⁊ potẽtiā ꝟm supabundātiā ⁊ defectum. Primus tractatus diuidit̄ in duas ꝑtes. quia ṗmo p̄mittit intẽtum. Scđo exeq̃tur ipsū ponẽdo modos ꝓprij. Dicit ergo primo sic. Utrū aliq̊d sit alicui ꝓprium vl̕ nõ ꝑspiciẽdū est ꝑ ꝯsideratões sequentes. Anq̄ꝫ tñ phus ponat aliquas ꝯsideratões. premittit vnā diuisionẽ ꝓprij dicens. ꝙ ꝓpriuꝫ aut inest ꝑ se ⁊ sp. ⁊ est ꝓprium q̊rto modo. qđ nūq̄ꝫ relinquit sbiectum in aliquo tempore. qꝛ fluit ex ṗncipijs essentialibus sbiecti. ⁊ est accñs ꝑ se speciei. Sꝫ qꝛ species est cõis ⁊ essẽtial̕ similitudo ipsoꝝ indiuiduoꝝ. vt dicit boetius. iõ ꝯtingit ꝓpriū omi indiuiduo inesse. Sꝫ dicit̄ inesse soli speciei. qꝛ fluit ex essẽtialib⁹ ṗncipijs eius. Et qꝛ illa nõ derelinquūt rem cuius sunt ṗncipia ipsa remanẽte. iõ sꝑ dicitur ꝯuenire. Et adducit phus exẽplum platonis ꝓpꝰum ipsi anime est iperare. Et dicit ꝙ solū cõuenit anime ꝯiūcte corpori. Pro q̊ ꝯsiderādū ẽ. ꝙ imꝑare ꝟm platonẽ solū cõuenit anime coniūcte corpori. qꝛ in homie sūt duo appetit⁹. intellectiuus. s. ⁊ sensitiuus. qui sūt sepe contrarij. ⁊ ḡ intellectus habet iperare ipsi sensitiuo. ⁊ rõnalis cõcupiscibili. licet in hoibus ꝑuersis cõtrario mõ fiat. Et istud solū cõuenit anime cõiūcte corpori. qꝛ in aīa sepata nõ est tal̕ rebellio appetituū. cū ibi nõ manẽt actus virtutuꝫ. sensitiuarum ⁊ organicaꝝ. Aliud exẽplū est de imortalitate respectu aīalis. ⁊ ibi est ꝯsiderādū ꝙ phus hic aliqua ponit ꝟm opinionẽ platonis. ⁊ q̊rundā alioꝝ philosophoruꝫ. ⁊ nõ ꝟm opinionẽ ꝓpꝛam. Aliud est ꝓpꝰum ad aliquid ⁊ sub illo comp̄hendūtur duo ṗmi modi ꝓprij positi a porphirio Aliud est ꝓpriū q̄n qđ est ꝓpꝰum tercio modo ꝟm pophiriū. Tunc p. cõseq̃nter reducit modos ꝓprij iā assignatos ad duos. vt sciam⁹ de quibus hic intẽdit formare ꝓbleumata. Et dicit ꝙ de ꝓprio q̄n non oportet hic ponere speciales consideratões. qꝛ habet tales cõsideratões sicut hꝫ accñs de q̊ dictū est in scđo libro. Et etiā dictū est in ṗmo libro. q̄uo ista se habent ad accidẽs.

Conclusio prima: Cõuenienter in hoc quinto libro determinat̄ de mõ terminādi ꝓpriū ꝑ cõsideratões topicas. Probat̄. qꝛ ꝓpriū est vnū speciale p̄dicatū. ⁊ terminat̄ spēalibus consideratõibus Uñ phus ad terminādū ꝓbleuma ꝓprij. ponit hic multas ꝯsideratões q̄s nimis lõgum oẽs esset enarrare. ⁊ satꝭ clare patẽt in textu. iõ illis omissis ponā aliq̄s magis ṗncipales. quarū vna est. Si volum⁹ scire vtrū ꝓpriū est bene assignatū debemus videre si est equale subiecto. ⁊ ꝑ notiora assignatū. qꝛ si nõ est male assignatū. Qm̄ qđ multipliciter dicit̄ obscurū fit qđ dictū est. ⁊ ꝓpꝰum diffiniendi gratia assignatur. vt dicit textus. Alia cõsideratio est respiciẽdo ad diffinitõem descriptiuā in q̄ ponitur ꝓpriū. vt si q̊s dicerꝫ ꝓpꝰum ignis qđ est corpus leuissimū mobile ad locū sursū. notū est ꝙ idẽ. s. corpus bis ponitur. quia semel ponit̄ expresse. scđo iplicite in hoc ꝙ dicit̄ mobile Sꝫ qđ freq̃nter dꝛ turbat audiẽtẽ. ḡ corp⁹ materiale ponit̄ vt ꝓpꝰuꝫ Sꝫ ꝯ hoc posset aliq̊s instare dicẽdo. ꝙ in oi diffinitõe idẽ ponit̄ bis. qꝛ genus ⁊ dr̄ña idẽ sunt sꝫ ad h̊ dꝛ ꝙ sūt idẽ ꝟm rẽ. sꝫ dr̄ñt ꝟm rõneꝫ ⁊ modū significādi. ⁊ ḡ ibi nullū est viciū. Alia ꝯsideratõ est ꝙ ꝓpꝰum debet separe res ab inuicẽ. inutile em̄ erit ꝓprium qđ non sepat aliq̊d ab aliquo

Conclusio secunda. Ad terminādū ꝓbleuma ꝓprij. ꝓut ꝓpriū est ꝯparatū ad aliud sbiectū. inspiciẽdū est ad ꝓpꝰū sbiectū ipius ꝓprij. ꝓbat̄ qꝛ si aliq̊d assignat̄ vt ꝓpriū alic⁹ sbiecti. ⁊ in illa assignatõe ponit̄ aliud. s. sbiectū mala est assignatõ. qꝛ ꝓpꝰū dat̄ cā notificādi sbiectū. Et idẽ est iudiciū. si vtit̄ in assigtõe ꝑte sbiectiua ipius sbiecti. Exẽpli grā. vt si q̊s diceret ꝙ ꝓpꝰū aīal̕ est eẽ sbaꝫ c⁹ spēs est hõ. vtit̄ aliq̊ qđ est al̕. puta sba ⁊ hoīe. Nec est instātia de eẽ male terminabili termio ꝓpꝰo. ⁊ bene t̄mino alieno. qđ est ꝓpꝰū aque ⁊ tñ ꝯuenit cuilibet ꝑti eius. qꝛ aqua est totū omogeniū. ⁊ ḡ est ea

dr̄ ratio de tota aq̄ ⁊ partibus eius

Dubitatur primo: De quo detr̄miat phs in q̄rto tractatu h⁹ libri.ibi.Deinde q̄ ex oppositis.Dōm ꝙ p.ibi docet terminaē ꝓbleuma ꝓpriȷ respiciēdo ad opposita.⁊ oñt ibi diuersꝭ ꝯsideratōibus q̄uo pt ꝯstrui ⁊ destrui ꝓbleuma ꝓpriȷ ꝑ locos extrīsecos. Et ponit exēpla in diuersꝭ oppositꝭ.vt in ꝯrȷs.sic ei nō ē ꝓpriū iusticie esse q̄d optimū.sic nec est iniusticie eē q̄d pessimū.Vñ licet iusticia legal'r sit pclarissima ꝯpatiue ad alias ꝟtutes.vt dicit phs q̄nto ethicoꝝ.nō tñ est q̄d pclarissimū simpl'r.

Dubitaꝛ scd̄o.d̄ q̄ determiat p.in q̄nto tractatu h⁹ libri.Dōz ꝙ ibi p.determiat de ꝓbleumate ꝓpriȷ ꝯpati ꝭm actū ⁊ poñaz.vl' ꝭm supabūdātiā ⁊ defectū.sicut si q̄s dicēt ꝓpriū aeris esse īspirabile ꝭm actū.male assignat.q2 ꝯueit aeri passiue ꝑ aliud actiuū.s.ꝑ spirās.vl' si q̄s diceret ꝙ esse corpus leuissimū sit ꝓpriū ignis male assignat.q2 si ignis esset corruptus.adhuc posset esse aliq̄d corpus leuissimū.

Ad rōes añ oppositū factas.Ad pmā dr̄ ꝙ licet ꝓpriū pdiceꝛ de indiduis.tñ de illis nō tminaꝛ ꝑ artē dyalecticā.sz de spē de q̄ imediate fluit ⁊ ptur.Ad scd̄az dr̄.ꝙ licz cognoscē cām iherētie ꝓpriȷ in sbiecto.spectat ad demōstratorē.tñ cognoscē iherētiā ei⁹ in sbiecto ꝑ aliq̄ cōmunia ⁊ ꝓbabilia spectat ad dyalecticū Et hec de questione.⁊ insuꝑ de libro hoc quinto

Jrca initium sexti libri Thopicoꝝ.

Eius autez ꝙ circa diffinitōes ꝑtes sꝫ q̄nqꝫ

Queritur pmo Utꝝ cōuenieti ordine in isto sexto determinaꝛ de mō tminādi ꝓbleuma diffinitōis.Arguiꝛ ꝙ nō pmo.q2 ptum diffinitōis est pmū.ḡ de ꝓbleumate diffinitōis est determinādū pmo Añs pz ꝑ p.pmo hui⁹.Et ꝓbaꝛ rōe.q2 ipm est ꝑfecti⁹.ḡ est prius.ꝯñā pz ex ꝓportōe ꝓbleumatū ⁊ ptoꝝ.Arguiꝛ scd̄o.cui⁹ est ꝯsideraē sbaz ⁊ q̄dditatē rei.illius est determinare de diffinitōe.cū diffinitō dicat sbam diffiniti.sz hoc spectat ad metaphisicā.⁊ nō ad dyalecticā q̄ ꝓcedit ex cōib⁹ ⁊ cōes intētōes rei ꝯsiderat.Diffinitō aūt ꝓcedit ex ꝓpriȷs.Jtē p.2°.posterioꝝ.⁊ sep°.methaphisice determiat de diffinitōe.ḡ ⁊c̄. Jn oppositū est phs docēs termiare ꝓbleūa diffinitōis

Sciendū est primo: ꝙ postq̄z determinatū est de mō terminādi ꝓbleuma accñtis generis.⁊ ꝓpriȷ.que vt dictū est in pmo sūt q̄dāmō oīa diffinitiua.hoc est āminiculatia ad diffinitōz.eo q̄d diffinitō est potissimū ptum ⁊ pmū.ꝑfecte colligēs modū inherēdi.eo ꝙ inest essētial'r cōuertibiliter ⁊ ꝑ se.ergo pus in secūdo libro determinare oportuit.q̄liter tminatur ꝓbleuma accñtis.cui⁹ esse est in esse.Et h̄ ē pmū elemētū q̄d sumiꝛ in mō inherēdi diffinitōis.Et iō sequiꝛ si nō inest.ꝙ nō inest vt diffinitō Et cōseq̄nter in q̄rto ostēsuz est q̄liter tminaꝛ ꝓbleuma de genere q̄d dicit quid pmū in diffinitōe.Et tādē in quinto oñsam est q̄liter terminaꝛ ꝓbleuma de ꝓprio.q̄d habet modū inherēdi cōuertibiliter.q̄ mod⁹ necc̄ario etiam ꝯuenit diffinitōi inq̄ztum est tmin⁹ diffiniti.nec plus nec min⁹ ꝯtinēs q̄z diffinitū Et quia nō sūt plura tāq̄z elemēta ad diffinitōem ordinata q̄z ista.Nūc restat in hoc sexto dicē q̄liter terminaꝛ ꝓbleuma de diffinitōe.Cū ipm sit pmū via doctrine ⁊ ꝑfectōis.Et vltimū via discipline ⁊ generationis

Sciendum est secūdo.ꝙ phus volēs tradē modū terminādi ꝓbleuma diffinitōnis pmo oñdit q̄liter sit interimēdū.⁊ postea circa finē septimi q̄liter sit ꝯstruēdū. Jnterimē aūt ipm.aut ꝯtingit in se aut in eius ānexo de quo mētio fit in pncipio septimi.q̄ ad ipm in se pmo tradit modū interimēdi diffinitōem q̄ ad eius bonitatē.postea q̄ ad eius sbam ⁊ ētitatez añq̄z aūt videaꝛ modus interimēdi eā q̄ ap bonitatē.pmo vidēdū est de his que circa pncipiū huius sexti pmittūꝛ.Pro cui⁹ intellectu ē hic ꝯsiderādū.ꝙ q̄nqꝫ sūt ꝑtes eius q̄d est interimere diffinitōem.pma est.si de quocūqꝫ verꝝ est pdicari nomē diffiniti.⁊ de eo nō est verum pdicari diffinitōem interimiꝛ diffinitō.eo q̄d nō iest.scd̄o iterimiꝛ.si pmū in diffinitōe positū nō est genus diffiniti.vl' si sit genus nō tamē ꝯueniēs.vel forte remotū vl' analogū.Et hui⁹ causa ē.q2 genus eoꝝ oīm que sūt in diffinitōe.maxime videꝛ sbam diffiniti signare.⁊ sic oportet genus pmo ponere ⁊ addere drn̄as ipm vsqꝫ ad vltimū actū determinātes.si dicatur drn̄a magꝭ signat sbam.eo ꝙ dicit actuz ⁊ formā.gen⁹ vero dicit eē rei in poña solū.rnr ꝙ gen⁹ inq̄ztū dicit q̄d sbstās ⁊ q̄d fixuz in se.drn̄e adueiētes ipꝫ distiguūt ⁊ ꝑficiūt ipꝫ magis hꝫ rōem sbe ⁊ drn̄a q̄litatꝭ ꝭꝫ ꝙ oīs forma est q̄litas q̄dā.in eo ꝙ ꝑficit ⁊ distinguit id cuius est.Tercio interimiꝛ diffinitō.q̄n nō est ꝓpria ⁊ ꝯuertibilis cū diffinito Quarto.q̄n nō indicat q̄d est esse rei ꝑ essētialia illi⁹ Quinto.

qñ indicat q̇d eſt eſſe rei. ſꝫ nõ bene. qꝛ videlicꝫ obſcure indicat ita ꝙ facit noticiã ꝯfuſã rei. et nõ clarã. Inter iſtas ptes iã enumeratas. q̄dã ſũt de quibus determinatũ eſt. ⁊ de q̇bus reſtat q̄dã determinare. qꝛ q̄tũ ad hoc qđ eſt diffinitõem ineſſe ſimpliciter. vel non ineſſe terminaꝛ eiſdẽ locis. ⁊ ꝯſideratõibus adductis in ſcđo libro ad determinãduꝫ ꝓbleuma accñtis. ⁊ iõ nõ oportet facere ſpecialẽ mẽtionẽ de hoc. ⁊ ſimiliꝛ ſi in diffinitione aſſignatũ ſit genus cõueniẽs diffiniti. ⁊ inſit diffinitõ cõuertibiliter diffinito eiſdẽ conſideratõibus ⁊ locis terminãtur q̇ adducti ſũt in q̄rto ⁊ in q̇nto de genere ⁊ ꝓprio. Et ita reſtat de duabus ptibus in hoc ſexto conſiderare. ſ. ſi nõ indicat q̇d eſt eſſe rei ꝑ eſſẽtialia. ⁊ ſi indicat hoc ſꝫ nõ bene. ſꝫ obſcure ꝑ qđ interimiꝛ bonitas diffinitõis. Aduertẽdum eſt tamẽ. q̄ꝫuis eſſe ſimpl'r ſit añ bene eſſe. tamẽ ꝑmo oſtẽdit phus q̃uo interimiꝛ diffinitio quo ad eius bene eſſe. ⁊ poſtea q̄ ad eſſe. Cuius rõ eſt. qꝛ a facilioribus eſt inchoãdũ. ſꝫ facilior eſt argumẽtatio opponẽtis dyalectici cõtra illud qđ eſt bene facere. q̄ꝫ cõtra illđ quod eſt facere ſimpliciter. eo ꝙ plura ſũt ex q̇bus interimitur bene facere q̄ꝫ ſimpliciter. Cuꝫ etiã facilius ſit aliquid facere q̄ꝫ bene facẽ. Iſtꝫ ꝑmiſſis r̃ndeꝛ ad queſitũ.

Concluſio prima. ꝙ congruo ordine in hoc ſexto agitur de modo terminãdi ꝓbleuma diffinitionis. Iſta concluſio ſatis ſequiꝛ ex premiſſis.

Cõcluſio ſcđa. q̇nqꝫ mõis interimiꝛ diffinitio patꝫ ex dictis. Et patet tali rõe. Nã diffinitio cõſideratur q̄ꝫtuꝫ ad eẽ eius in ſe vl' in compatõe ad aliud. Si primũ hoc eſt dupliciter. vl' cõſideratur ad eẽ eius. ſic eſt q̄rtus modus. vl' q̄ ad bonitatẽ. ⁊ ſic eſt quintus. Si ſcđm. h̄ eſt tripliciter. aut cõparaꝛ ad accñs cũ quo cõueit ineſſe. ⁊ ſic eſt ꝑmus modus. aut cõpaꝛ ad genus cũ quo cõuenit penes ineẽ ſimpl'r ⁊ ꝑ ſe. et ſic eſt ſcđus modus. Aut compaꝛ ad ꝓpriuꝫ cum q̄ cõuenit in modo eſſẽdi cõuertibiliter. et ſic eſt terciꝰ modꝰ. Et hec de dictis

Dubitatur primo Quot mõis cõtingit interimere diffinitõem quo ad eius bonitatẽ. Dđm ꝙ duobus mõis. qꝛ ſcꝫ diffinitõ eſt obſcura. aut qꝛ continet aliqđ ſuperfluũ. Quo ad ꝑmũ oꝫ vti planiſſima interptatõne ſeu explanatione. q̄ꝫtum ꝑmittit natura diffiniti. Quia ſicut q̄dã ꝓpter excellẽtiam ſui non capiũtur ꝑfecto intellectu a nobis. ſicut diuina ꝑ ꝯſeq̄ns etiã ꝑfecte nõ explanãtur. ſic etiã q̄dã ſũtque ꝓpter ſui impfectõem ⁊ debilitateꝫ ſui eſſe nõ ꝑfecte intelligũtur. nec etiã explanantur qñ tam̃ poniꝛ qualiſcũqꝫ explanatõ que fieri poteſt vtẽdũ eſt planiſſima interptatõe q̄ꝫtum permittit natura diffiniti. Cauſa eſt. qꝛ diffinitõ datur cauſa notificãdi diffinitũ. ⁊ qñ nõ notificat nõ ſequitur. Quo ad ſcđaꝫ dicit phs. ꝙ eẽ diffiniti eſt ſupfluum. ⁊ hoc ſic vocat appoſitũ. qđ nõ eſt de eẽ diffiniti. Et eſt iſtud ẛm de diffinitione dyalectica dicẽte q̇d tm̄. In diffinitõe aũt dicente ꝓpter q̇d nõ eſt ſupflue ponere cãm paſſionis quã accepit demõſtrator de q̄ nõ eſt p̄ns intẽtio. Aduertẽdũ eſt vlterius ꝙ diffinitõ reddiꝛ obſcura. qꝛ obſcurũ in eo poſitũ eſt. vl' eſt ex multiplicitate. aut ex trãſlatõe. aut ex termis incõſuetis ⁊ iuſitatis. Et ſic ſunt ſex mõi q̇bus ꝯtingit eã reddi obſcurã. Primus eſt. ſi in diffinitõe ponaꝛ aliqđ ml'tiplex. nõ bñ aſſignaꝛ diffinitõ. qꝛ nõ eſt certũ ꝓ quo ſignificatoꝝ multiplex in diffinitõe accipiaꝛ. Sicut cũ diciꝛ generatõ eſt ductio ad ſubam. Aut ſanitas eſt ꝯmẽſuratõ calidoꝝ ⁊ humidoꝝ. In illis diffinitõibus ponũꝛ eque ignote ductio ⁊ ꝯmẽſuratõ. cũ ſint nomĩa verbalia in tio terminata. que equiuoca ſũt ad tria. ſcꝫ ad actionẽ agentis. ⁊ paſſionẽ. ⁊ etiã capiꝛ neutraliter. Secundus eſt. ſi diffinitũ ſit multipliciter dictũ ẛm equiuocatõem. ⁊ non diſtinguaꝛ qꝛ incertum eſt pro quo ſignificato illa diffinitio ſibi cõpetit. ⁊ iſtud maxime contingit qñ equiuocum latet. Tercius modus. Si detur diffinitõ per tranſlationem. vt ſi quis dicat terram nutricem. aut ſcientiam incadibilem. aut temperantiam. conſonantiam cum tamen conſonantia proprie ſit in ſonis. incertum em̄ eſt in talibus diffinitionibus. qua ſimilitudine transferatur. Et ſic obſcurum eſt quod per tñſlationem dicitur. Si tamẽ contingit diffiniri per metaphoram. ſequeretur ꝙ diuerſorum generum eſſet eadem ſpecies. Quia temperantia eſt in genere v̇tutꝫ. ⁊ ẽ in genere ꝯſonãtie. et neqꝫ v̇tus ꝯtinet cõſonãtiã neqꝫ ecõtra. Quartus. ſi q̇s in diffinitõibus vtaꝛ noibus inconſuetis. nõ vtẽdo eo mõ ſignificãdi q̄ cõiter ſũt īpoſita. Oẽ em̄ inconſuetũ eſt obſcurũ. vt plato dixit oculũ vmbricilũ. eo ꝙ obũbraꝛ vmbra cilioꝝ. aut phalãgiũ putrimordaceꝫ. Eſt em̄ phalãgiũ puluis corroſiuꝰ putredinis carnis. aut medullã oſſigenã. qꝛ in oſſibꝰ eſt genita. Eſt aũt iſte modus peior p̄cedẽte. qꝛ tranſlatiue dicta per ſimilitudinem qua fit tranſlatio aliqualiter certificent. Cum omnes tranſferentes ſe. ẛm ſimilitudinem ſe transferunt.

Sed nomina abusiua nihil penitus certifi/cant. quia nulla similitudo est in eis. Nec etiā dicūtur pprie. sicut si lex dicat ymago. vel mē suratio eorum que naturaliter iusta sūt. nulla est similitudo legis et ymaginis Dicit enim yma go per imitatōem rei facte. qualis nō est ratō le gis. Quintus modus. Si data diffinitōne vnius cōtrariorum p quā nō statiz manifesta est diffinitio alterius. Ratio est. qa cōtrario/rū est idem genus. ex cuius diuisiōe p differē/tias cōstituuntur cōtrarie species Et ideo ille q̄ cognoscit vnū. sciet reliquū. quod ex genē et op/posita differētia cōstituitur. Sextus modus. si in diffinitōe assignata nō est manifestū cui9 est diffinitō. sicut epygrammata antiquorum Et ex istis ptz qualit interimit bonitas ipius diffinitōis. ex eo scz q est obscura

Dubitatur secundo. q̄t mōis con/tingit interimere diffinitōem. ex eo q in ea po/nitur aliquod superfluū. Dicēdum q multis modis Pro quo est sciendū. q appositū in dif finitōe quod non est de esse diffiniti est triplex. Aut enim est appositio alicuius diuersi. aut est appositō eiusdē vel opponit quod ptim est di uersum et partim idez. Si fiet appositio di/uersi. hoc est tripliciter. Aut apponitur diuer/sum. quod est in plus omnibus diffinientibus vel quod sit in minus. vel in eque. et penes hoc accipiuntur tres consideratōes. Prima. si dif finiēs est aliquod tale.. quod ppter sui cōmu/nitatem omnibus inest. sicut ens vnū. ita q nō separat diffinitū ab his que sūt in eodē gene/re. Nec ab his que sunt in aliis generibus. tūc enim interimitur diffinitio p supfluum in ea po situm. Causa huius est. quia nihil ponēdum est in diffinitūe quod nō sepat diffinitū ab ali is. Sed diceret aliquis. ens positum in diffi nitione separat a nō ente. Respondetur q hoc nihil est. quia talis sepatio fit p quodcūqz ge/nus. siue generalissimū siue subalternum. Se cūda cōsideratio. Si aliquid positum in dif/finitōne sit conuertibile. ita q illo ablato a dif finitione. residuum adhuc cōuertibile sit. et na turam diffiniti indicet. tunc illud. scz apposi/tum est superfluum. Quia vniuersaliter illud omne dicitur supfluum in ipsa diffinitione. q̄ ablato quod relictū est sufficiēter notificat na turā diffiniti. Exēplum de diffinitione anime quā ponit plato est numer9 seipm mouēs. naz se ipm mouere est pprium anime. qua sepatur a natura. ergo supfluit numer9. Simile exem plū est de diffinitione flegmatis. quod est hu/midū ppriū sepatum a cibo indigesto hic sup fluit indigestum. eo q residuum. scz humiduz pmum sepatuz a cibo cū eo conuertit. quia qd p superabūdātiā dicit vni soli conuenit. Ter cia cōsideratō est. si appositum in diffinitione est in minus diffinito. eo q nō cōuenit omib9 cōtentis sub diffinito. vt homo est aīmal gres sibile bipes tetracubitū. eo q tetracubitū non omibus cōtentis sub diffinito cōueniat. et pe/ius est diffinire per illud qd nō omibus cōten tis sub diffinito cōuenit. qz p illud qd cōmu/ne est omibus. qz cōe p determinatōem tandē fit cōuertibile. et sic tota diffinitio fit cōuertibi lis. sed diffinitionē in qua ponit illud qd nō cōuenit omibus impossibile est fieri ppriaz et cōuertibilem. Quarta cōsideratō est fm quod appositum est idē. videlicet in diffinitōne fre/quēter idē ex eadē pte dicit. eo q diffinitō nu/gatoria sic fit. Et dicitur notāter ex eadez pte. qz idē frequēter dici ex pte subiecti et pdicati. nō est incōueniens. sicut qn tota diffinitō sub ijcitur. et aliquod positū in ea pdicatur. sic ho mo aīmal gressibile bipes. est bipes. Exēplum huius cōsideratōis est. vt socrates diffiniēdo prudētiā. eā dixit esse cōtemplatiuam eoruz q̄ sūt. quia idē sūt determinatiua et cōtemplatiua similiter qui dicit q refrigeratio est priuatō ca loris fm naturā ibi superfluit fm naturā. qa refrigeratio fm medicos dicitur nō alteri9 ca loris priuatō qz naturalis. qz puatio caloris exterius dicitur magis frigefactio. Quinta cō sideratō que est fm appositū qd est ptim idē et ptim diuersū. si vniūsale addit ex eadē pte p/ticulari qd actu et intellectu se habet vniuersa/le. ita q inter vniuersale et pticulare ponat co/pula cōiunctim designans diuersitatem. talis diffinitō est supflua. quia sic diffiniēs frequē ter dicit idē ex eadem pte. et dicitur in cōsidera tōne q interponat copula designans diuersita tem. qz p appositōnez particulare potest addi vniuersali ad determinādum eius vniuersa/litatem. dicendo animal est homo. Ex iam di/ctis patet qualiter interimenda sit diffinitō q̄ ad eius bonitatem

Ad rationes Ad primā patz solu/tio satis ex predictis. quia hic seruat ordo dis cipline. et non doctrine. Ad alias duas si/mul dicendum est de diffinitione vt est tota rei quidditas habet determiāre metaphisicus. fm autem q est medium demonstrationis. et causa passionum de subiecto de ea determinatum est in scdo posteriorum. hic aūt de ea cōsiderat quali ter pbleuma. in quo pdicatuz querit inesse sb/iecto sub sua intentione diffinitionis p com/

munia ⁊ ꝓbabilia habeat terminari

Utrum autem diffinit

Queritur secūdo Utrum diffinitio debeat dari ꝑ notiora ⁊ priora Arguit̄ p̄mo ꝙ nō. q₂ dicit̄ in ꝓhemio de aīa. accn̄tia magnaꝫ ptē ꝯferūt ad cognoscēdū ꝙ quid est. talia aūt posteriora sūt suba. igitur ⁊c̄. Arguit̄ scd̄o. diffinitio datur causa inotescēdi nobis diffinitū nos aūt resolutorie ꝓcedēdo ex posterioribus in noticiam p̄oris manuducemur. Arguit̄ tercio. diffinitō datur ꝑ ꝓpriū qd̄ spēm diffinitā ꝯsequit̄ sicut effectus causā. Deinde arguitur ꝙ nō debet dari ꝑ notiora. q₂ vel hoc esset ꝑ nobis notiora vel nature. nō p̄mum. q₂ notiora nobis sūt rem ꝯsequētia. diffiniētia autē ꝫm rem ꝓcedēdo cōstituūt. nec scd̄m vt ꝓbatur ratōibus p̄cedentibus. In oppositū est ph̄s in textu. cū dicit. primū q̄dem. igit̄ si nō ꝑ notiora ⁊ euidētia fecit diffinitū.

Sciendum primo. Q₂ postq̄ꝫ ph̄us ostēdit qualiter iterimenda ē. t diffinitio q̄ ad eius bonitatem. Cōsequenter ostendit q̄liter interimēda est ipsa quo ad eius substātiaꝫ ⁊ ētitatem. quando scꝫ nō indicat q̄d diffiniti. Et p̄mo videndū est qualiter interimēda est ipsa diffinitō penes ea que sūt conditōes. tam diffinitōis q̄ꝫ partium eius que sunt p̄us ⁊ noti⁹ postea inspiciēdo in ipsam diffinitōem ⁊ partes eius. Prima ergo consideratō respiciendo in prius ⁊ notius simul. ⁊ si nō ꝑ priora ⁊ notiora diffiniuerit aliquis simpliciter nō diffinit ⁊ interimitur diffinitō. ꝓbatur sic. quia datur causa cognoscendi diffinitum. Sed natura diffiniti non ex quibuscūqꝫ notificatur. sed ex p̄oribus ⁊ notioribus. Sicut in demōstrationibus noticia conclusionis est ex p̄oribus. ⁊ causis conclusionis est ex prioribus Et sicut igitur est in notificatione complexi qd̄ est conclusio. sic est in ꝓposito in notificatōe incōplexi ꝑ diffinitōnem. quare si diffinitō nō datur ex simpliciter notioribus ⁊ p̄oribus est interimēda Alia ratō ducens ad incōueniens est. quia si diffinitio datur ex posterioribus ⁊ ignotioribus. multo melior erit illa diffinitō data ex notōribus ⁊ prioribus. ⁊ ꝑ consequēs eiusdem rei possent esse plures diffinitōes. sꝫ hoc est inconueniēs. cū vnius rei nō sit nisi vnū esse. sed si diuerse essent diffinitōes nō explicarēt idem esse. g̃ ⁊c̄. Scd̄o. istud idē etiā ꝓbatur diuisiꝫ de notiori ⁊ p̄ori. Un̄ notiora debēt dupl'r cōsiderari. q₂ quedā sūt notiora simpl'r ⁊ q̄dam quo ad nos. Simpl'r notius ⁊ euidētius est. qd̄ ꝫm naturā p̄us est. sicut p̄ncipium p̄ncipiato ⁊ simplex composito.

Conclusio responsalis Simpl'r meli⁹ est ⁊ magis spectās ad artē ⁊ disciplinā diffinire ꝑ priora ⁊ notiora simpl'r. Uerū est tamē ꝙ expedit aliq̄n ad eos. qui nō possūt appr̄hendere simpliciora p̄ncipia rerum p̄ora diffinire ꝑ posteriora. q̄ tn̄ nō est vna diffinitō. sꝫ notificatō qualiscūqꝫ maioris q̄ꝫ sit ipsū diffinitum Istud patet multꝭ rōibus. Pria est. q₂ diffinitō dat̄ ꝑ genus ⁊ dr̄ñas. sꝫ hec sunt p̄ora. eo ꝙ sūt simpliciora. ⁊ ab eis nō ꝯuertit̄ sbsistēdi cōsequētia. Cognita etiā spē ꝑ diffinitōem necesse est genus ꝯgnosci ⁊ dr̄ñaꝫ. nō aūt eꝯ. Istud etiā ꝓbat̄ alia rōe. q₂ si diffinitō daret̄ ꝑ notōra q̄ ad nos. ⁊ nō simpl'r. Ex quo g̃ nō om̄ib⁹ sūt notiora eadē. q₂ alia paucis. alia pl̄ribus. alia om̄ibus seq̄tur ꝙ si haberem⁹ diuersā notioritatē. ꝙ q̄dlibet diffinitū habebit pl'es diffinitōes. Alia ratō ad idē. q₂ alio ⁊ alio tempore eadē sūt eisdē notiora ⁊ min⁹ nota. q₂ in p̄ncipio sensibilia sūt magis nota. ergo nō semper erit eadē diffinitō eiusdē. hoc aūt est īpossibile Ideo necc̄ariu̇m est ꝑ notiora diffinire. sic enīꝫ nō ꝯtingit vnius rei esse nisi vnā diffinitōem. Simpl'r aūt notū est vt dictū est ꝙ bn̄ dispositis in itellectu notum est. Alia ꝯsideratō adhuc est. Si illud qd̄ in quiete ⁊ finitū est diffiniatur ꝑ illud qd̄ est in motu ⁊ īfinitū iterimit̄ diffinitō. q₂ datur ꝑ ignoti⁹ / Tercō. istud dictum ostēdit de p̄ori. Et sunt tres ꝯsideratōnes Pria. si oppositū diffinit̄ ꝑ oppositū ⁊ itelligit̄ illud de ꝯrijs. ⁊ sic bonū ⁊ malū sūt ꝯria. ꝓut ī actib⁹ ⁊ in hītibus accipiūt̄. Et causa h⁹ est. q₂ ꝯrie opposita sūt sil' natura habētia vnū gen⁹. ⁊ ꝯrijs ⁊ coeq̄uis dr̄ñijs ꝯstituūt̄. Et sic diffinitō oppositi ꝑ oppositū iterimit̄. eo ꝙ non est ꝑ p̄ora. In oppositꝭ tn̄ relatie non ꝯtigit vnuꝫ diffiniri nisi ꝑ aliud. vt duplū non diffinit̄ sine suo opposito. s. dimidio. Et vl'r q̄cūqꝫ sunt ad aliq̄d ꝫm esse. ⁊ non ꝫm dici. In his ei n̄ ē vnū sine alio itelligē. Scd̄a ꝯsideratio est. Si idē diffinit̄ ꝑ seipꝫ alio noīe. q₂ idē n̄ est sibiip̄i natura. vt si q̇s diffiniat solē eē stellā albā q̄ apparꝫ in die Utēdo ei diei diffinitione vtit̄ sole sꝫ ad dep̄hēdēda talia p̄dicata ī diffinitionib⁹ oꝫ loco noīm accipe diffinitiones. vt ꝙ dies ē latio sol' sup n̄rm emisperiū ⁊ t̄rā. Tūc maifestū ē ꝙ q̇ dixerit latōꝫ sol' sup t̄rā. ī noīe diei dixit solē. Tercia ꝯsideatō. si ī diffinitōe pōt̄ illd̄ qd̄ e ꝯrio cū diffinito dīdit gen⁹. tal' diffini° ē iterimēda. eo ꝙ e diūso gen⁹ dīdētia stꝭ coequa Et iō vnū illoꝝ nō est p̄us altero ꝫm naturaꝫ. Quarta ꝯsideratō que reducit̄ ad terciā. Si

per inferiora in recta linea supiora diffiniātur
sic idem diffinit per seipm. Exemplū tercij con
sideratiōis est Si numerus habūdans diffi
niatur qd est pfectus maior virtute peccatur.
eo q numerus pfectus eo diuiso diuidit nu/
merū cum abundāte. Exemplū quarte conside
rationis. Si qs diffinit bonum cum virtute
ipso bono vtitur in diffinitōne boni eo q vir/
tus quoddā bonum est.

Cōclusio secūda. Omīs bona diffi/
nitio dicens qd diffiniti p essentialia debet da
ri p priora simpliciter et nature notiora. Ista
satis patent ex dictis.

Dubitatur primo. Qualiter inte
rimitur diffinitio ex pte generis. Pro solutio
ne sciendū q postq̄ arestoteles docuit interime
re diffinitionē inspiciēdo in cōditiones bone
diffinitōnis et partiū eius. Jam pn̄ter ostēdit
hoc idem inspiciēdo in substantiā diffinitōis
et partiū eius. Et primo inspiciēdo in partes.
scilicet in genus et differentiā. et postea in vtrū
qz de quo videbitur in sequētibus. Primo igi
tur inspiciendo genus ponūtur quinqz consi/
derationes. Prima est cum res diffinita sit in
genere aliquo. tamē in diffinitōne nō ponitur
genus. diffinitio est interimēda. Et huius ra/
tio est. qa genus est vt primū substans forma
libus differētijs. et ideo genus qd maxime di
cit quid diffiniti. primū est omniū eorū que in
diffinitōne ponūtur. Secūda cōsideratio est.
Si aliqd ex genere suo debeat diffiniri ad plu
ra sicut ad fines p se dictos equaliter. tunc con
siderandū est si non quo ad oīa ad que dicit
assignata est diffinitio eius. sed quo ad aliqua
tantū. et sic interimit diffinitio. vt si quis diffi
niat grāmaticā q est scientia recte scribendi. hic
posuit genus. sed nō omnia ad que dicitur grā
matia. sed oportet q apponat q grāmatica est
scientia cognoscendi cōstructionez relatam ad
intellectum et sic grāmatica est scientia scriben/
di et intelligendi eius qd dicitur in oratione.
Jlle autē diffinit qui alteruz tm̄ in diffinitōne
ponit. Sed ille vere diffinit qui vtraqz in dif
finitōne assignat. Uerū est tamē si vnum dica
tur ad plura ad quoꝝ vnum dicit pertinere per
se. et ad alteruz per accidens nō debet diffinitio
ipius assignari p vtrumqz Sicut medicina sa
ni et egri. nihil em̄ magis diffinit qui vnū po/
nit q̄z qui alterū ponit tm̄. sed forte peius quia
quilibet alius potest egritudinē facere. Tercia
cōsideratio est. Si diffinitū ex genere suo ad
plura dicatur. que inequalia sunt bm̄ bonum
et malum. tunc si diffinitur in cōparatione ad
peius et nō ad melius. interimit diffinitio. qa
omnis sciētia et potestas dicta ad aliud vide/
tur esse eius quod est optimuz. ergo et p illud
est diffiniendum

Dubitatur secūdo. Que est quar
ta. Dicendū q quarta cōsideratio est. q diffini
tio interimit quando nō ponitur genus cōue/
niens. vel proprium diffiniti. sed vtrum ge/
nus assignatuz sit verum genus et cōueniens
diffinito. Considerandū est ex locis traditis in
quarto libro si sit immediatū inexistēs essen/
tialiter. igitur ꝛc. Quinta cōsideratio est. si
in diffinitōne ponitur genus nō proximū. sed
transcēdens sicut qui ponit suprema dimittē/
do media oīa et proximū sicut q diffinit iu/
sticiam. habituz equalitatis transcēdit et relin/
quit virtutē. que est proximū genus iusticie. et
nō dicit quid nisi infinite et indeterminate. quia
genus remotuz nō dicit esse rei. nisi in potentia
remota. Genus autē proximuz est substantia
eius cuius est. que p diffinitionē explicatur. q
em̄ ponit inferiora ponit etiā superiora cum il/
la sint actu ꝛ intellectu in suis inferioribus. nō
est autē econtra ergo ponendū est propriū ge/
nus. Si autē ponatur remotū. oportet sibi ad
dere oēs differentias mediorū generū. que co
artant ipm ad proximū genus. Non est em̄ p
portio primi et remoti ad vltimū et proximuz
actum. qd tamē reqritur ad veram diffinitōem.
quare nō bene diffinit homo q est substantia
rationalis.

Ad rōnes. Ad primam dicitur
q accn̄tia a posteriori bne manuducūt nos in
noticiā substātie Ad secūdam dicit q diffi
nitio datur causa innotescēdi diffinituz. non
qualitercūqz sed quo ad intellectuz. qui accipit
vniūsalia rei principia Ad terciā dicitur q
diffinitio quā ingredit propriū est descriptiua
vel saltem p ipm circulōqmur differentiā no/
bis ignotā. Ad vltimā ptz solutio ex dictis.

Rursum si in differentijs.

Queritur tertio. Utrū diffinitio de/
beat dari per differentiā veram et affirmatiuaz
Contra pmum arguit q nō. Diffinitio pdica/
tur in qd de diffinito. ergo drn̄tia que predica
tur in quale nō debet ingredi diffinitōem. Itez
diffinitio dicit substantiā diffiniti. hoc autez
facit proximū genus. ergo supfiue ponitur dif
ferentia. Arguit tertio. Ista diffio est bona.
linea ē lōgitudo sine latitudine et pfunditate.
et tn̄ dat p drām negatiuā. Silr equus ē ani/

mal irrõnale. Itẽ negatiua et ꝓuatiua ꝑ nega
tionem diffinitur. vt cecus est nõ videns
In oppositũ est phus in textu

Sciendũ est ꝑmo ꝙ postquã phus
docuit interimẽ diffinitõem. inspiciẽdo in pri
mam partẽ diffinitõnis que ẽ genus. Conse/
quẽter ostendit inspicere in differentiã que est
pars diffinitõnis sicut genus. et ꝑmo inspicit
in drãm in cõmuni. Secũdo in drãm cõtra/
ctam ad spẽalem materiã. Item primo inspicit
drãm absolute. Secũdo in drãm alijs com/
paratã. de q̇bus ꝑ ordinem videbitur in hac
questione.

Sciendũ est secũdo. ꝙ primo consi/
derãdo drãm in se. videndũ est scilicet si in dif
finitõne omino defecerit differẽtia. aut si ali/
quod taliũ assignatur ꝑ differentiã. quod nul
lo modo contingit esse differentiã. vt aĩal aut
substãtia que cũ genera sunt nullius pñt esse
differẽtie cõstitutiue. interimẽda est talis diffi
nitiõ. Si uero compatur ad alia aut semꝑ cõ/
paratur ad aliã differentiã aut ad ea. que sunt
in recta linea p̄dicamẽtali. Quo ad primũ po
nũtur quattuor cõsideratõnes. quarũ prima ẽ.
Si differẽtia assignata in diffinitõne nõ ha/
bet differentiã oppositã secum genus cõdiui/
dentem. Nam si nõ est aliqua explicita differẽ/
tia tunc manifestũ est ꝙ nec illa que dicta ẽ erit
differẽtia. Secũda cõsideratio est si differẽtia
assignata habeat oppositã cõsiderandũ est. si
illa drñtia cum disiũctione alterius differẽtie
sit verificabilis de genere. et si nõ interimit dif/
ferentia. ꝑ consequẽs diffinitio. verũ tamẽ est
ꝙ differẽtia ꝓprie non p̄dicatur de genere. nec
vt specificatũ vel vt sub disiũctione. Tercia
cõsideratio ẽ. si differẽtia sit verificabil' de ge/
nere. sed ip̄a apposita generi nõ facit spẽm. tunc
manifestũ est ꝙ nõ erit differẽtia specifica. quia
oĩs drña specifica generi ꝯiuncta facit spẽm.

Conclusio. Si differentia fuerit
negatiua interimẽda ẽ diffinitio. et hec ẽ quar
ta cõsideratio. Cuius ratio ẽ. quia negatio nul
lius speciei est cõstitutiua. sicut si diffiniatur li
nea ẽ longitudo sine latitudine et ꝓfunditate
que diffinitio primo posita ẽ a platone. conse/
quẽter ab euclide. In qua drñtia est negatio:
quia sine latitudine valet nõ habens latitudi/
nem. Q' aũt talis diffinitio nõ valet. ꝓbatur
per deductionẽ ad incõueniẽs. quia si diffini°
daretur ꝑ differentiã negatiuã. sequeret ꝙ ge/
nus ꝑticiparet speciẽ. Q' ostendit sic. q̇a omne
quod est. vel nõ est. aut est cũ latitudine. aut si/
ne latitudine. q̇a de quolibet affirmatio vel ne
gatio de nullo vero simul. Sed hee drñtie cũ
longitudine et sine latitudine opponũtur per
affirmatõem et negationẽ. ergo de longitudine
que ẽ genus. alterũ istorũ eẽt verificabile. ergo
longitudo ẽ cum latitudine aut sine. sed nõ est
cum latitudine. ergo ẽ sine latitudine. Hec aũt
est diffinitio linee. de quocũq; p̄dicatur diffi/
nitio et diffinitum. et ꝑ consequẽs linea p̄dica
bitur de longitudine que ẽ genus. ergo genus
participat spẽm. Seq̇tur etiam ꝙ drñtia pre/
dicatur de genere. q̇a longitudo est genus lati/
tudinem nõ habens. p̄dicatur autẽ latitudinẽ
nõ habens de longitudine. ergo drñtia p̄dica/
tur de genere. Ista autẽ probatio nõ tenet nisi
supponẽdo. ꝙ genus sit forma separata vna nu/
mero subsistens ꝑ se Ei istud principiũ de quo
libet affirmatio vel negatio. de nullo vero siml'
veritatẽ habet de quolibet vnũ numero. et hoc
solũ est simpliciter vnũ. Non aũt vadit contra
eos qui ponunt eẽ cõmune ꝑticipatum multis
speciebus. q̇a idem genẽ potest suscipe p̄dicatio
nem contrariorũ. Et hoc nõ est incõueniens si/
cut rõnale ⁊ non rõnale de aĩali. Et licet iam di
ctum verum sit. tamen in aliq̇bus oportet vti
negatõne. sicut ꝓuatio diffinitur ꝑ negationẽ
habitus vt ante argutum ẽ. Et etiam in q̇busdam alijs in q̇bus nomĩa differentiarũ sunt ig
nota. Et per negationẽ in genere circũloq̇mur
drñtiam. que cũ opposita differẽtia affirma/
tiua diuidat genus. In talibus eñ nihil dif/
fert diuidere genus differẽtia affirmatiue ⁊ ne
gatiue designata. quia ſm rem positiuũ quid
nomĩe negatõnis importatur. sicut cũ dicitur
inanimatũ insensibile incorporeũ. Ista eñ sig
nificant formas differentiarũ que quia nobis
note nõ sunt. ideo negatõne opposite differen/
tie affirmatiue significãtur

Dubitatur Quomõ interimẽda est
diffinitio ex ꝑte differentie compate. ad alia q̄
sunt in linea p̄dicamẽtali. Pro cuius solutio
ne aduertendũ ꝙ differẽtia ſm hoc potest tri/
pliciter considerari. Uno mõ ad ea que sunt in
recta linea p̄dicamẽtali. Secundo compatur
ad illa que sunt in linea p̄dicamẽtali ſm p̄di/
cationẽ et ordinẽ quẽ habent ad illa. Quo ad
primũ ponit phus quattuor cõsiderationes.
ſm ꝙ ad quattuor compantur. Prima consi/
deratio est. si in diffinitõne aliquis spẽm vt dif
ferentiã assignauit interimit diffi°. vt si fraus
dicat iniuria cũ illusione. Quia illusio ẽ que/
dam species iniurie. sicut fraus ꝓpter q̇d non

est differẽtia eius. Tamē ſm aliā expõnem po/
nitur loco fraudis obprobriū. Quia obpro
briū est cū illusione facta iniuria. Fraus autē
est deceptio cū dampno Secūda cõsideratio ē
si aliqs in diffinitõne assignauit genus. vt dif
ferentiā interimit. vt si virtus diffiniatur q sit
habitus bonus. qꝛ bonum qd ponitur loco
drñtie est genus ꝟtutis Istud tñ corrigit phs
et dicit aut nõ est bonū genus virtus. sed diffe
rentia. Et istud ꝓbat. qꝛ idem nõ est in diuisis
generibus sbalternatim nõ positis. sic em̃ non
habet se habitus et bonū sicut duo genera nõ
subalternatim posita. Qd patet ex eo. qꝛ gen9
predicat vl'iter de specie. et nõ ꝯuertibiliter. sed
neqꝫ om̃e bonuꝫ est habitus. nec om̃is habi/
tus est bonus. ꝓpter qd sint genera nõ subal/
ternatim posita. Cum ergo virtus sit de genere
habitus. si bonū esset genus virtutꝫ idem esset
in duobus generibus nõ se cõtinẽtibus

Sciendū est em̃ circa istud. q bonū accipi/
tur dupl'r. et similiter virtus. Uno mõ accipi/
tur bonū pro natura boni. que ē bonitas. ꝛ sic
est genus ꝟtutis. Quia dicit arestoteles q vir
tus ē bonitas quedā. Alio mõ accipitur ꝓ for
ma ꝟtutis et sic est differẽtia ꝟtutis. Similit
virtus accipitur dupl'r. Uno mõ circa relatio/
nem ad potentiā quā ꝑficit. quia virtus ē vlti
mum habitus. et sic ē in genere habitus. Se/
cundo cõsideratur ſm id qd est. et ſm hoc qd
dicitur in noīe virtutꝫ. et sic ē in genere boni. et
sic idem põt esse in diuersis generibus diuersi/
mode vt dicit arestoteles in p̄dicamẽtis. Ter
cia cõsideratio. si assignatū pro drñtia nõ di/
cat quale qd. sed hoc aliqd interimit diffini/
tio. qa hoc est propriū prime substãtie et indi
uiduo. Quarta cõsideratio. si assignatum pro
differẽtia ſm modum accidẽtis insit. interimi
tur diffinitio. Cuius rõ est quia nõ contingit
drãm inesse et nõ inesse illi cuius est differẽtia
cum sit actus constituẽs. et forma substãtia/
lis. Accñs aūt ꝯtingit inesse et nõ ineē. ergo ꝛc.

Dubitatur secūdo. Qualiter interi/
menda ē diffinitio ex ꝑte differentie compate
ad ea que sunt in linea p̄dicamẽtali. ſm predi/
cationē et ordinem quē habet differẽtia ad il/
la. Pro solutõne dubij sciendū est. q diffe/
rentia potest tripliciter compari. vel ad genus
vnum. vel ad speciem. vel ad multa genera. Et
ſm hoc tripl'r contingit interimere diffinitio/
nem. Si competur ad genus hoc ē dupliciter
Et ſm hoc ponūtur due cõsiderationes. quaꝝ
prima est. Si drñtia in diffinitõne assignata
vniūsaliter p̄dicatur de genere. Aut etiam spēs
diffinita aut aliquid inferius spē predicat de
genere. interimit diffinitio. Ratio est. qa gen9
est cõmunissimū omniū que ponūtur in diffi/
nitione. Et ideo si drñtia p̄dicaretur de genere
tunc esset cõmunior genere. et sic nõ restringeret
genus cui apponit. et sic interimit differentia.
quia nõ valet in ꝓposito. Secūda conside
ratio. si genus de assignata differẽtia predica/
tur. sic interimit diffinitio. quia genus vt ge/
nus de differẽtia nõ predicat vt differẽtia qd
probat per deductionē ad duplex incõueniens
Primū est. si genus qd est animal. predicat de
differẽtia qualibet sicut participatū ab eis. tūc
sequeret q multa aīalia de specie p̄dicarentur.
et nõ vnum. Et rõ illius est. qa cum proprius
actus differẽtie est diuidere genus. multe dif/
ferentie diuidūt in multa. Et diuerse differen
tie diuidūt in diuersa. Cum ergo vna species
habeat plures differẽtias que de ipa predicā/
tur. si tunc genus p̄dicaretur de eisdē differen/
tijs. tunc multa aīalia predicarẽtur de homīe.
quia genus p̄dicatum de differẽtijs diuiditur
in multa eo mõ quo participatū diuiditur ſm
diuersa participãtia. Aliud incõueniens est.
quia si genus p̄dicaretur de differẽtia essentia/
li p̄dicatione. sequeret q om̃es differẽtie essent
vel species. vel indiuidua. qꝛ quicqt partici/
pat aīal in genere. Aut est aliqd aīal in specie.
aut in indiuiduo. qa non põt genus aliter di/
uidi nisi Aut formaliter in diuersas spēs. aut
per multiplicationē spērum in materia. Si er
go p̄dicatur genus de differẽtia sicut participa
tum de ꝑticipante. necãrio erit differẽtia. spēs
aut indiuiduū. Sed diceret aliquis iste p̄di/
cationes sunt. rõnale est animal. et aīal est rõna
le. et rõnale est sensibile. ꝛ tamē p̄dicat h genus
de differẽtia. et differentia de genere. et indiui/
duū de differẽtia. ergo ꝛc. Dicẽdum q essen
tia generis nullo mõ p̄dicatur de eẽntia differē
tie. et ecõuerso. sed sunt eẽntie disꝑate. vnuꝫ si/
cut potentia. et alteruꝫ sicut actus. Et istud sic
ostendit. quia om̃e quod p̄dicatur de alio affir
matiue est idem ſm esse illi de quo predicatur.
sed cum genus ſm q est natura quedā est impo
tentia et subiectū secundū esse nihil habens in
se quod actu ꝑficiens et distinguēs iō ipm. im
possibile est alterū de altero p̄dicari. sed sūt essen
tie distincte et nõ disꝑate. et istud fundatur in
dicto arestotelis scdo phisicoꝝ. q id qd est sub

iectū in potentia exn̄s nunq̄z coincidit ſm eſſe
cum forma et actu. Genus aūt eſt intētio mate
rie. drā tia vero eſt intētio actus vel forme. er/
go nunq̄z pn̄t coincidere in idē. Aliter em̄ eſſet
diſtin guēs et diſtinctū pficiens. et pfectuz for
mans et formatū quod intellcūs non accipit.
Aliter dr̄ ꝙ cum dr̄ ꝙ rōnale aīal eſt. eſt duplex
locutio. vel ſtat formaliter et ſic ē falſa. et valet
tātū ſicut ē aīal. Alio° materialr̄ ꝓ illo vicʒ qd̄
eſt rōnale. vt rōnale eſt aīal. hoc eſt hō in quo ē
rōnale hoc eſt aīal. et ſic ē vera locutio. Si aūt
competur differētia ad ſpēm ſunt due cōſidera
tiones. Prima ē inſpiciendū eſt. Si ſpēs vel
aliqd̄ inferius ſpecie pdicatur eēntialiter ꝛ vni
uerſaliter de drn̄tia. et ſi ſic interimit̄ diffinitio
Ratio eſt qꝛ differētia cōmunior eſt ſpē. et ſic
nō poteſt ſpecies ꝓpria et eſſentiali pdicatione
de differētia dici. Si em̄ ſpecies ꝓpria et eſſen
ciali pdicatione de drn̄tia predicaret̄ ſequeret̄
ꝙ ſpecies eēt drn̄tia qꝛ om̄e quod d̄ alio pdica
tur eſt idem illo de quo predicat̄. Sed ſpecies
vnita ē ex genere et drn̄tia. Ex dictis patet ꝙ ꝑ
genus nō cōuenit ſibi predicari de drn̄tia Cuʒ
antē in pdicatione eſſentiali totū quod nomie
predicati importat̄ deſignatur de ſubiecto. Si
rōne differentie ſpēs predicat̄ de drn̄tia. tunc
ſpecies in nomine ſuo tantū deſignat formam
differētie. et nō eſt compoſitū quid ex genere. et
differētia. et ſic ſpecies eſſet drn̄tia. vt ſi hec ſpe
cies homo pdicatur de differentia. homo erit
differētia. Secūda conſideratio compando
ſpeciē et differentiā ſm prioritatē et poſteriori
tatem aſſignata diffinitōne alicuiꝰ conſiderā/
dum eſt. Si differētia nō eſt prior ſpecie diffi
nita. ſic em̄ interimitur diffinitio eo ꝙ oportet
differentiā genere eſſe poſteriorē et ſpecie prio/
rem. Sed diceret aliqs quomō iſta que hic di
cūtur ꝙ videlicet ꝙ differētia in amplius pre/
dicatur q̄z ſpecies hoc eſt de pluribus. Et ꝙ di
citur ſecūdo poſterioꝝ ꝙ videlicet quelibet ꝑs
diffininitōnis eſt in plus diffinito. totuʒ aūt
in equo ſtare poſſunt cuʒ eo quod dicit̄ ſepti/
mo metaphiſice. ꝙ differētia vltima eſt cōuerti
bilis et nō predicat̄ de pluribus q̄z ſpecies dif/
finita. cuʒ iſta videātur repugnare. Dicendū
ad hoc ꝙ quedū eſt differentia que vere habet
nomē et actum differētie. et iſta eſt differentia
generalis que cū genere vt dictum ē in primo
libro collocāda eſt. Illa em̄ diuidit genus. et
ex hoc ꝙ diuidit facit vnuʒ ab alio differre.
Differētia vero cōuertibilis que eſt ꝓpria for
ma et natura rei nō diuidit id cuius eſt diffe/
rentia niſi ex conſequēti. Quia videlicet con/
ſtituit ſpeciē. ſed primo conſtituit ſpeciē in eſſe
nature certe. Et ex conſequēti hanc ſpeciem in/
determinata natura cōſtitutaʒ diuidit eam ab
hiis q̄ diſpata ſunt ad hanc materiaʒ hinc eſt
ꝙ generaliſſimū nō habet differētias niſi diui
ſiuas. et ſpecialiſſimū niſi cōſtitutiuas. et ſic de
differētia generica intelligitur que quantū de
ſe eſt. cōmunior eſt q̄z ſpecies. Et ideo dicit cō/
mentator ꝙ om̄es differentie que ſunt ante vl
timam ſunt vt genus et ꝓ genere ponūtur. De
differētia vero cōuertibili intelligitur dictū m
philoſophi ſeptimo metaphiſice. vbi determi/
natur de pncipiis vere rem in eſſe ſubſtantiali
conſtituētibus. Si autē differētia penes pre/
dicationē compatur ad plura genera Tūc eſt
conſiderandū ſi differētia aſſignata in diffi/
nitōne ſit drn̄tia alicuius alterius a genere dif
finiti qd̄ nec continet genus diffiniti nec con/
tinetur ab eo ſicut genera ſubalternatim poſi/
ta. quia ſi ſic interimēda eſt diffinitio. quia nō
videtur ꝙ vna et eadem drn̄tia poſſet eſſe in di
uerſis generibus nō ſubalternat̄ Quod ē con
tra quandā regulaʒ ante pdicamentalē que di
cit. Diuerſoꝝ generuʒ et nō ſubalternatim ꝛc.
Probat̄ conſequēter quia quelibet differētia
infert ſuū propriū genus. et quelibet differētia
accepta cum genere cōſtituit ſpeciem. Si ergo
vna differētia ſit diuerſorū generum. ipſa ac/
cepta cuʒ iſto genere conſtituit vnaʒ ſpeciem. ꝛ
accepta cuʒ alio genere conſtituit aliā ſpeciem.
quia ꝑ aduerſariuʒ vna eſt differētia vtriuſq̄z
generis. Et de quacūq̄z predicat̄ differētia pre/
dicatur ꝛ genus. ergo duo ſunt genera vnius
differentie. ergo de eadē ſpecie quod eſt incōue/
niens duo genera predicabūtur.

Conclusio responsiua: Logica est vtilis ꝛ necessaria capiendo vtile ꝛ necessariū scđo modo. Ista conclusio patet p vltimū notabile Et aliter probatur. Logica est scientia docens omnem modum per quem ignotum fit cognitum. ergo in nulla scientia potest aliquid fieri cognitum nisi per logicam. Secundo proba/tur sic. logica est ratio discernēdi ꝛ docens qualiter de quolibet differendum sit. vt dicit Boetius in thopicis. que in duas diuiditur ptes scilicet in inuentiuam. quam greci thopicam dixerunt ꝛ in iudicatiuam quam greci analeticam dixerunt. modo constat ꝙ sine argumentatione non deuenitur de noto ad ignotum. quia argumentatio discretio quedam est. que discretio non est nisi inquisitio discernens qualiter notum comparatur ad ignotum vel scilicet vt causa vel vt principium vel vt signum vel vt coniectura vel vt repugnans ad ipsum. vel aliquid huiusmodi. que omnes habitudines in logica docentur. ergo ad omne quod scire que/rimus vtilis est logica ꝛ necessaria. ideo sepe dt Arestoteles ꝙ causa errorū antiquorum in mltis materijs fuit ignorantia logice. Ter/cio probatur sic. scientia est habitus conclusionis. per demonstrationem acq̄situs. sed concludere nescit qui ignorat quid ꝛ ex quibus ꝛ qualiter concludēdū sit. hoc autē docet logica ḡ ꝛc.

Quarto probatꝰ sic. quāuis nescientes lo/gicam aliquid scire videantur. rationē tamen sui sciti ignorant ꝛ ergo se habent ad scire sicut ignis ad conburendum ut dicitur primo me/taphisice. qꝛ sine discretione per necessitatē na/ture operatꝰ. ergo inhabiles sunt tales ad docē/dum. quia docere nescit qui rationem sui sciti non valet exponere. que quidē expositio est ar/gumentatio quam docet logica. Quinto ꝓbatur sic. omnis inuentio alicuius ignoti sit ꝑ locales habitudines. quas docet logica in thopicis. ergo sine ea ignotum inueniri non potest

Simuliter nihil perfecte scitur. nisi per reso/lutionē eiꝰ in sua principia ꝛ causas. sed omnē modū resoluendi docet logica scilicet in libris posteriorum. igitur logica est necessaria quare dicit dominus Albertus ꝙ logica est quoddā equelibrum rationis. per quod omne qđ scitꝰ q̄si per rectam mensuram ponderatur. Sexto probatur. quia felicitas hominis consistit in cōtemplatione veritatis. sed recte cōtempla/ri nescit qui nescit inuenire quod querit cōtem/plari ꝛ iudicare ipsum iam inuētuꝫ. sed omnē modū inueniēdi docet thopica ꝛ omnē modū iudicandi ꝛ inueniendi docet analetica. ergo sequitur ꝙ logica ad cognitionē omnium aliaꝝ scientiarum ꝛ ad nostrā felicitatē est vtilis et necessaria.

Ad rationes ante oppositum dicēdū ꝙ tres prime solute sunt. Ad vltimā dicitꝰ ꝙ ille sciētie haberi nō possunt perfecte sine logica. Et ad illđ quod dicitꝰ de ypocrate dicenduꝫ est ꝙ licet nō habuerat artem logice complete. tamē parū sibi deficiebat cū per industriam ꝛ per perfectionem luminis naturał sui intellectꝰ ra/

Questio q̃rta. V[trum] argumentatio sit subiectum totius noue logice

tiocinando nunq̃ aut raro deficiebat. Et hec de questione sufficiant.

Queritur quarto. Utrum argumentatio sit subiectum totius logice. Arguitur ꝙ non. q2 ens rationis est subiectum totiꝰ logice. ergo non argumentatio. Antecedens patet. quia logica est generalis scientia sicut methaphisica. ergo sicut methaphisica habet ens reale pro subiecto ita logica ens rationis.

Secũdo arguit͛ illud est subiectum in aliqua scientia quod est principalissimum in illa scientia consideratum ꝛ ad quod alia reducunt͛. sed sic est de sillogismo in logica. ergo sequitur ꝙ sillogismus est subiectuȝ. ¶ Tertio arguit͛ sciẽtia denominat͛ a suo subiecto. sed logica sermotionalis scientia a sermone dicit͛. ergo sermo est subiectũ logice. Quarto arguitur de subiecto debet presupponi quid est ꝛ quia est. sed in logica inquirit͛ quid est argumentatio. ergo argumentatio non est subiectũ in logica. Quinto arguitur idem non potest esse instrumentum ꝛ subiectum alicuius scientie. sed argumentatio est instrumentum in logica. ergo nõ est subiectum logice. In oppositum sunt expositores philosophi. Primo videbit͛ de quesito. secũdo erũt aliqua dubia.

Sciendum primo. ꝙ subiectum attributionis est terminus communissimus simplicissimus primo notus in aliqua scientia cõsideratus. nõ excedens methas illius scientie ad quem omnia in illa scientia considerata habent ordinem ꝛ attributionem. Unñ sunt tres conditiões subiecti attributionis. Prima cõditio est ꝙ illud sit principaliter consideratuȝ in sciẽtia. cuius est subiectum ꝛ isto modo passiones subiecti que considerant͛ ratione subiecti ꝛ non principaliter nõ habent rationẽ subiecti. Secunda conditio est ꝙ omnia considerata in scientia cuius est subiectum habeant reductionem ad tale subiectum. ꝛ sub eo contineantur q̃tum ad rationem considerati. Unde aliqua reducuntur ad subiectum vt principia eius. aliqua vt partes subiectiue vel integrales eius. Tercia conditio est ꝙ tale subiectum sit adequatum scientie cuius sit subiectũ ita ꝙ sub tali ratione formali in nulla alia scientia consideretur. sed sit sibi proprium sb tali ratione.

Sciendum secundo ꝙ subiectum accipitur octo modis. Primo modo pro obiecto alicuius potentie. vt color dicitur subiectũ visus. Secũdo modo pro famulo alicuiꝰ domini. vt seruus dicitur subiectus domino. Tercio modo pro corpore posito sub alio. vt fundamentum est subiectum parietis. Quarto modo pro subiecto accidẽtis. vt paries respectu albedinis. Quinto modo pro subiecto propositionis. vt hõ in hac hõ currit. Sexto mõ pro subiecto proprie passiõis. vt risibile ad hominẽ. Septimo pro subicibili inferiori alicuius supioris vt homo ad animal. Octauo pro subiecto attributiõis vt argumentatio vel simile. de quo ẽ hic ad ꝓpositum. Qui modi continentur in his versibus. Obiectũ verna. positũ sub. cui quid inheret. Quod prius ẽ copula. ꝓpriũ logicalit͛ infra. Quo sil'ars heret. sunt bis sbiecta quaterna.

Sciendum tercio. ꝙ aliquorum antiquorum secta interpretabatur logicam esse sermocionalem scientiam. dicentes logicam generaliter dictam continere grammaticam rethoricam ꝛ logicam proprie dictã ꝛ poetriã. ideo dicebant ꝙ sermo prout est designatiuus rerũ que per ipsum significantur est subiectum logice quos impugnat Auicenna in sua logica. Aliĳ vero dixerunt sillogismũ esse subiectum logice q2 est precipua species argumentationis. Aliĳ dixerunt ens rationis esse subiectum logice. q2 logica est de secundis intentionibꝰ que significant entia rationis.

Conclusio prima: sermo non est subiectum in logica. Probatur: q2 sermo de se nihil significat. quia alias apud omnes idẽ significaret. sed significat ad placitum primi instituentis. ergo nõ potest esse subiectum logice cuius intentio est docere modum deueniendi. de noticia noti ad noticiam ignoti.

Conclusio secunda. sermo significatiuus non est subiectuȝ logice. Probatur quia sermone significatiuo ꝛ ad se ꝛ ad alterum vtitur logica per accidens pro quanto logicus sine sermone significatiuo nõ põt suũ cõceptũ alteri significare. Sed rõcinatione vtit͛ logicus ꝑ se ꝛ ad se ꝛ ad alterũ ad noticiã alicuius ignoti accipiendã. Itẽ oĩs sermo significatiuꝰ ẽ cõplexꝰ vel incõplexꝰ. si sit incõplexꝰ tũc nõ facit fidẽ de ignoto. q2 hͦ ꝯuenit argumẽto. ḡ nõ põt esse subiectũ logice. Tenet ꝯña q2 nõ deuenit͛ de noticia noti ad noticiam ignoti nisi per illud quod fidẽ de ignoto facit verũtamẽ sermo incõplexus bñ consideratur a logico. vt est

pars sermonis complexi. Si sit complex9 adhuc fm q huiusmodi non facit fidez q res ita sit vel non sit. ergo sermo significatiuus nō potest esse subiectum in logica.

Conclusio tercia. terminus complex9 enunciatiuus non est subiectum logice. Probatur quia licet significat aliquod esse vel non esse. tamen non facit fidem de re enunciata nisi pro quanto sub forma argumentationis ponitur.

Cōnclusio quarta: syllogismus non ē subiectum attributionis totius logice. Probatur quia intentio logice est docere omnē modum deueniendi de noto ad ignoti noticiā sed per syllogismum illud fieri non potest quia solum ꝓcedit ab vniuersali vniuersaliter accepto. quod in multis scientijs fieri non potest. vt in rethoricis. in quibus virtute localis habitudinis per enthimemata concludit̃ illud. qd̃ queritur. sicut etiam in quibusdam alijs sciētijs experimentalibus. in quibus notificatur illud quod queritur per singularia cognita. et sic tales scientie non vtuntur syllogismo perfecto. sed exemplo vel inductione. ⁊ ita syllogismus nō est instrumentum satis cōmune ad accipiendum cuiuslibet noticiā ignoti. ergo ⁊c. Est tamen aduertendum q fm dominum Albertum. triplex potest assignari subiectū in aliqua scientia scilicet subiectuz commune quod inter omnia considerata in tali sciētia est communius. Aliud est subiectum speciale cui9 noticia principaliter in illa scientia queritur. ⁊ tale dicitur subiectum attributionis. Terciū est subiectum specialissimum quod inter partes subiecti attributionis est principalior ps. et fm hoc syllogismus posset dici subiectum ipsius logice. ⁊ ens rationis potest dici subiectum commune in logica. argumentatio vero dicitur subiectum speciale siue attributionis.

Conclusio quinta. ens rationis nō ē subiectum logice. Probatur quia intentio logice non est docere ens rationis fm formalem rationem eius sed solum de aliquo ente ratōis quod est argumentatio.

Conclusio sexta. argumentatio est subiectum attributionis huius toti9 logice. Probatur: quia logica est scientia contemplatiua docens qualiter ⁊ per que per notum ad noticiam ignoti deuenitur. ergo necessario oportet q logica pro suo subiecto habeat illud quod est instrumentum rationis in acquirendo noticiam cuiuslibet ignoti per notum. hoc autem est argumentatio fm q argumētatio est ratiocinatio mentem arguens ⁊ conuincens per habitudinem noti ad ignoti noticiam prouenįens. ergo ⁊c. Probatur hoc etiam per conditiones subiecti attributionis que argumentationi respectu logice conueniunt. quare est subiectum.

Dubitatur primo: vtrum omnes scientie sermotionales eodem mō sermone vtantur. Respondetur q nō quia grammatica sermone vtitur prout est designatiu9 congrui vel incongrui absq3 eo q facit fidem de re significata per ipsuz. Sed poetria sermone vtitur ꝓut pronunciatur cum delectatione vel tristicia. Rethorica vero vtitur sermōe ornato ad persuasionem vel dissuasionem. Logica autē vtitur sermone prout est ps instrumenti quod facit fidem de ignoto.

Dubitatur secundo. vtrum notuz per qd̃ acquiritur scīa ignoti faciat noticiā ignoti prout illud ignotum est res extra animā existens aut prout est noticia rei existens in anima. Respondetur q prout ē noticia rei in anima existens fm aliquam habitudinē. comparata ad ignotum est declaratiua ignoti iō ipsū ignotum per noticiam ipsius noti aliquo mō percipit intellectus.

Dubitatur tercio. Per quid efficit̃ notum illud ꝑ qd̃ accipitur primo noticia ignoti vi argumentationis. Respondetur q lumine naturali nostri intellectus est nobis notuz. q2 prima principia per seipsa absq3 ratiocinatione nobis nota sunt

Ad rationes ante oppositum. ad primam dicendum vt iam dictum ē q ens rationis bene potest esse subiectum cōmune eo modo quo logica est scientia communis. quia logica dicitur sciētia communis eo q habet viā ad omne ens per applicationem sui subiecti attributionis. vt habetur primo thopicorum. Ad secundam satis patet solutio ex q̄rta cōclusione. q2 syllogismus nō ē satis generale instrumentū inueniēdi quodlibet ignotū. Ad terciam dicit̃ q nō oportet sciētiā dominari a suo subiecto attributionis sed q̄q3 a fine vel efficiente vel ab aliquo qd̃ est materia circa quam ꝑncipalit̃ v̄sat̃ ꝯsideratio scīe. Ad quartaz

dicitur ꝙ in omni scientia supponitur quid nominis subiecti sed inuestigari potest quid rei in illa scientia. cuius est subiectum. Ad quintã dicitur ꝙ argumentatio accepta in communi est subiectum attributionis logice sed in particulari accepta est instrumentum quo acquiritur scientia de argumentatione in communi accepta.

Questio quinta v[trum] logica sit sci[enti]a speculatiua vel practica

Queritur quinto. vtrum logica sit sciẽtia speculatiua vel practica Arguitur primo ꝙ sit practica. quia omnis habitus directiuꝰ operationum est practicus. logica est huiusmodi. quia dirigit in componendo diuidendo et ratiocinando. ergo ⁊cetera. Secundo logica est de operabili a nobis. ergo est sciẽtia practica. Antecedens patet. quia est de argumentatione que causatur a nobis. ⁊ de secundis intẽtionibus que sunt causate a nobis per rationẽ In oppositum sunt expositores philosophi.

Sciendum primo ꝙ intellectus noster qui est naturalis potentia anime rationalis q̄ intelligimus res vel intelligere possumus diuiditur in intellectum speculatiuum ⁊ practicuꝫ Unde intellectus dicitur speculatiuus a speculo ꝛ specularis. quod idem significat quod video vides. siue inspicio inspicis inspicere Qm̄ nostri intellectus speculatiui est veritatem alicuius rei intelligibilis absolute intueri siue inspicere. sistendo tamen in cognitione seu contẽplatione veri. Sed intellectus practicus est q̄ operatiuus est. Unde praxis grece est operatio latine. ⁊ sic officium intellectus practici. est considerare verum in ordine ad opus Ex quibus patet ꝙ diuisio intellectus in intellectum speculatiuum et practicum non est diuisio in duas potentias anime nostre ſm rem distinctas sed solum ſm rationem. que quidem distinctio rationis sumitur ex diuerso modo intelligendi nostri intellectus et ex diuersa ratione non quidem essentiali sed accidentali obiecti ipsius intellectus. quia intellectus speculatiuꝰ habꝫ verum absolute pro obiecto. Practicus vero verum vt operabile est. Et conuenienter sumitur distinctio ex parte finis quia finis intellectus nostri speculatiui est scire absolute. practici vero finis est scire extensibile ad opus inquãtum huiusmodi. Ideo dicit philosophus tercio de anima. ꝙ intellectus noster speculatiuus extensione sui ad opus fit practicus

Sciendum secũdo ꝙ sicut intellectus noster diuiditur in speculatiuũ ⁊ in practicuꝫ ita etiam diuiditur scientia in speculatiuã ⁊ in practicã cũ scia specl'atia nihil aliud sit q̃ꝫ pfectio intellectus speculatiui. practica ꝟo est perfectio intellectus practici

Sciendum tercio. ꝙ aliqua sciẽtia potest dici speculatiua ex parte trium. Primo ex parte obiecti scilicet quando obiectum nõ est operabile a nobis. sed tãtummodo cognoscibile. ⁊ talis scientia simpliciter est speculatiua hoc modo scientie que sunt de rebus naturalibus sunt speculatiue. quia tales res facere nõ possumus sed solum cognoscere. Ideo dicit venerabilis dominꝰ Albertus ꝙ impossibile ẽ ꝙ de rebus a natura causatis sit sciẽtia practica. Secundo sciẽtia dicitur speculatiua ex pte finis quia finis scientie speculatiue est veritas practice vero opus. Tertio ex parte modi considerandi. vt si domificatoꝛ considerat domũ eam resoluendo in sua principia ⁊ causas non applicando illam cognitionẽ ad opꝰ tunc accipit aliquod operabile per modũ speculabilis. ⁊ hoc modo nihil refert aliquaꝫ scientiaꝫ. que simpliciter est practica ſm quid esse speculatiuã simpliciter. ymmo nulla ẽ adeo practica quin aliquid participet de speculatiua inq̃ntum scilicet habet aliquid de cognitione. Uerum tamen est ꝙ principaliter differentia inter scientiam speculatiuam ⁊ practicam sumenda est ex parte obiecti.

Sciendum quarto: ꝙ praxis a Scoto sic diffinitur. praxis ẽ operatio alterius potentie q̃ꝫ intellectus naturaliter posterioꝛ ipsa intellectione nata conformiter elici ratione recte vt recta sit. Et in idem redit diffinitio Eustachij sic dicẽtis. praxis ſm rationeꝫ operatio est hominis. ⁊ ex vtraqꝫ diffinitione patet ꝙ prima ⁊ essentialis ratio praxis est in volũtate ita ꝙ operatio dicitur praxis. eo ꝙ est conformiter se habens ad appetitum ⁊ opus eius quod est opus elicitum circa bonum. Sed speculatio sic diffinitur. speculatio est operatio intellectus speculatiui ad nihil aliud extra genus contemplationis finaliter ordinata. ex q̃ patet ꝙ q̃ꝫuis logica sit habitus directiuꝰ istarum operationum. que sunt diffinire componere diuidere ⁊ vnum ad aliud ordinare siue ratiocinari. non propter hoc tamen debet dici habitus practicus nisi ſm modum dũtaxat eo ꝙ huiusmodi opationes nõ sunt finalit̃ ordinate ad aliq̃d aliud extra genꝰ ꝯtẽplatiõis Et ex ignorantia istius deceptꝰ fuit buridanꝰ

qui motus prima ratione ante oppositum po/
suit logicam esse scientiam practicā et non spe
culatiuam.

Conclusio responsiua: logica est scien/
tia speculatiua simpliciter ꝛ practica ꝭm modū
Probatur prima pars quia illa scientia sim/
pliciter est speculatiua. cuius totalis finis ꝛ in
tentio est cognoscere verū absolute. logica ē hu
iusmodi cū sit ratio discernēdi verum a falso.
vt inquit Boecius. ꝛ tota eius intentio est do/
cere omnem modum deueniendi de noticia no/
ti. ad noticiam ignoti. Item probatur secūdo
logica subseruit ꝛ amminiculatur alijs scien/
tijs speculatiuis. ꝛ si subseruiat practicis hoc
nō est nisi pro quanto in eis est aliquod specu/
labile. ergo logica est scientia simplr speculati/
ua. Preterea vltima pars logice ad quam om
nes finaliter ordinantur resolutoria est Resol
uere autem ad intellectum speculatiuum perti/
net. quia modus procedendi intellectus specu
latiui est per modū resolutōis. practici vero p
modum compositionis. Secunda pars patȝ
quia logica est scientia directiua operationum
rationis vt dicit sanctus Thomas. quas nō
exercet ratio nisi voluntate mouente. ergo quā/
tum ad hoc logica habet modum practici ha/
bitus. Sed quia huiusmodi operationes nō
ordinantur nisi ad cognoscendum verum. idō
non debet ꝓpter hoc dici simpliciter practica
sed solum ꝭm quid siue ꝭm modū. Quod nō
attendentes quidam dixerunt logicam esse sci
entiam practicam. ꝛ hoc probantes per illud
dictum doctoris sancti cum tamen vtiqȝ non
fuerit hec mens doctoris sancti ꝙ propterea sit
simpliciter practica eo ꝙ est directiua ratōis sȝ
est practica ꝭm quid.

Dubitatur primo. vtrum eodem mo/
do se habeat subiectū attributionis in scientia
speculatiua ꝛ practica. Solutio patet ex dictꝭ
ꝙ non. quia in scientia speculatiua queritur cō/
pleta ꝛ perfecta cognitio ipsius subiecti tāqȝ fi/
nis illius scientie. Sed in scientia practica q̄ri
tur principaliter compositio siue operatio sui
subiecti ꝛ ob hoc subiectum scientie speculatiue
ad ipsam sciētiam se habet sicut causa ad effec/
tum suum. sed subiectuȝ scientie practice ad ip
saȝ scientiam practicam se habet vt effectus ad
causam.

Dubitatur secūdo que est differentia
inter intellectū speculatiuum ꝛ practicum. Res
pondetur ꝙ ex dictis patet differentia. tamē cō
muniter possunt assignari quattuor differētie
Prima est ꝙ intellectus speculatiuus habet fi/
nem suum manentem intra seipsum. practicus
vero ponit finem suum extra seipsum. Se/
cunda est quia intellectus speculatiuus accipit
formam intelligibilem vt si ratio siue principi
um cognoscendi tm̄. practicus vero eam acci/
pit vt est principium cognitionis et exemplar
operandi sed ꝑncipalius vt est exēplar operis qȝ
vt ꝑncipiū cognitionis. quia nā querit cogni/
tionem nisi propter opus. Tercia differē/
tia est. quia licet intellectus practicus in acqui
sitione forme intelligibilis. nō vtatur instru/
mentis corporalibus. tamen in applicatione
ipsius forme ad extra vtitur huiusmōi instru
mentis. sicut faber ponit formam cultelli in fer
rum mediante mallio. Intellectus vero spe/
culatiuus formam intelligibilem non exponit
extra se sed eam intra se solum considerat.
Quarta differentia est quia intellectus practi
cus per operationem suam est causa eorum que
sibi subduntur. Intellectus vero speculati/
uus nō ymmo res per ipsum speculata est cau/
sa sue operationis que operatio nihil aliud est
qȝ speculatio siue cognitio Non tamen indu
cunt iste quattuor differentie distinctionem re
alem inter intellectum practicum ꝛ speculatiuū
quia in re sunt vna potentia scilicet intellectus
possibilis. sed accidentaliter solum differunt.
quia intellectus speculatiuus apprehendit ali
quod intelligibile absolute. sed practicus ap/
prehendit aliquod vt ordinatur ad opus Si
cut exempli gracia differenter apprehendūt do
mum philosophus ꝛ domificator quia philo
sophus apprehendit eā absolute ꝛ artifex ꝭm
ꝙ est factibilis ī materia Sed quia accidit ap
prehenso per intellectum ꝙ ordinatur ad opꝰ
ergo talis ordinatio ad opus nō inducit diuisi
tatem realem potentie. sȝ bene habituū.

Ad rationes ante oppositum dicen/
dū ꝙ prima soluta est ex vltimo notabili.
Ad scdam ꝯformiter dicendum est ꝙ nō q̄d cūq
qȝ opabile a nobis per intellectum est practicū
sed oportet ꝙ sit operabile a nobis per intellec
tum practicum inquantum huiusmodi. mo/
do argumentatō ꝛ alie itentōes secūde nō sunt
huiusmodi sed cōstituunt. ꝛ formant per opa
tiones intellectus speculatiui.

Queritur sexto: vtrum ad logicuȝ per
tinet considerare de voce complexa. vl' incom/
plexa. Arguitur ꝙ non quia talis conside
ratio ad philosophum naturalem pertinet et
etiam ad grāmaticum. ergo non ꝑtinet ad logi
cuȝ. Ans patȝ p/pma pte quia vox est ens na/

turale naturalibus instrumentis formatū ergo ad naturalem philosophum pertinet eius ɔsideratio. Secunda pars patet quia ad grāmaticum pertinet considerare significationes ⁊ inflectiones vocū In oppositū Arguitur ꝙ logica ē ratio discernēdi verū a falso. sed hoc cōuenienter fieri nō potest nisi per vocē complexaꝫ vľ incōplexā ergo logicus habet cōsiderare vocē complexam vľ incōplexam.

Sciendum primo: ꝙ diuisio partium logice ex intentione logice que est docere principia per que de noto ad noticiam ignoti deuenitur accipienda est. ⁊ quia ignotū duplex est scilicet incōplexum qđ per diffinitionē ⁊ diuisionem scitur. Et cōplexum quod scitur per argumentationē ideo oportet duas esse partes logice. vnā scilicet que tradit artem diffiniēdi ⁊ diuidēdi. ⁊ aliā que docet arteꝫ arguēdi. Prima harum vt inqt Albertus a philosopho non ē tradita aut saltem ad nos nondū peruenit nisi quātū ad hoc ꝙ in secūdo posterioꝝ docet artē inueniendi quod qđ est per viam compositōis et ratiocinationis ⁊ etiam resolutōis. sed alteram partem logice tradit. Arestotelis.

Sciendum secundo: ꝙ logica considerat omnia prout sunt in intellectu illius qui q̄rit per notū venire ad ignoti noticiā. ⁊ ignotuꝫ duplex est. ɔplexū scꝫ ⁊ incōplexum. ideo logicus habet considerare voces complexas ⁊ incōplexas. ⁊ quia cōplexio ⁊ incōplexio nō accidūt nisi per comparationem ad intellectū simplicē vel compositum cuius vox significatiua est ad placitum nota. ideo gratia eius logicus habet considerare de voce significatiua ad placitum quid sit ⁊ qualiter significet.

Sciendum tercio. ꝙ vox quinqꝫ modis dicitur significare. Primo ⁊ principaliter dicitur significare illud ad quod significandum primaria institutione imposita est vt homo significat hominem. Secundo modo significat illud qđ ex cōsequēti supponitur suo principali significato. vt domus significat parietem et quodlibet totū integrale quālibet eius partem. Tercio modo dr̄ significare illud qđ cōcomitatur significationē principalē vt paries significat fundamentum. Quarto modo dicitur significare id' qđ est de suo intellectu. id ē de intellectu sui pncipalis significati vt homo significat animal ⁊ puatō suū habitū. Quinto mō dr̄ significare ꝓpetatē oppositi sui significati vt albū p ꝓpetatē suā q̄ est disgregare visum dat intelligere proprietatem nigri que est congregare visum.

Sciendum quarto. ꝙ complexio ⁊ incomplexio voci accidūt ⁊ hoc ꝰm ꝙ referuntur ad intellectū simplicem vel compositum qui rē cōprehendit vel simplicem vel cōpositaꝫ. ⁊ q̇a intellectus simplex est vnius rei simplicꝭ intuitus. Intellectus vero compositus est q̇ accipit vnam rem vt in alia vel vt diuisam ab alia. iđ cōuenienter diffinitur vox incōplexa cuiꝰ ptes sepate nihil significant. ⁊ vox cōplexa cuius ptes sepate aliquid significant.

Sciendum quinto ꝙ vox significatiua incōplexa ex hoc ꝙ refertur ad rem significatam nō dicitur incōplexa sed ex hoc ꝙ est representatiua rei ꝰm ꝙ est in intellectu querentis scientiam ignoti per notum qui comprehendit rem vt simplicem. Et diuiditur per nomen et verbum comprehendendo pronomen sub nomine ⁊ participium sub verbo. quia pnomē significando ⁊ supponendo vim nominis accipit participiū vo cū suppletione verbi substātiui supplet vicem verbi. Cetere vero ptes indeclinabiles sine adiunctis nullū habent intellectū et ideo vocant sincathegrāmatice.

Sciendum sexto. ꝙ vox significatiua ꝰm ꝙ in intellectu querentis noticiam ignoti diuiditur in cōmunem seu appellatiuam ⁊ in propriam siue singularem. nec cōpetit hec diuisio voci in ordine ad rem extra intellectum existentem. quia omnes res extra intellectuꝫ existentes singulares sunt.

Sciendum septimo. ꝙ voci significatiue predicto modo accepte adhuc quinqꝫ accidunt. Reperiuntur enim voces significare vniuoce. equiuoce analogice. diuersiuoce ⁊ multiuoce de tribus primis in antepredicamentis latis habetur. Sed diuersiuoce voces dicuntur que vni ⁊ eidem rei diuersis proprietatibus imponuntur. Multiuoce vero dicuntur multarum reruꝫ multe ⁊ diuerse voces. ⁊ sic patet de accidentibus vocis significatiue ad placitum ꝰm ꝙ refertur ad intellectum eius q̇ querit scientiam ignoti per notum ⁊ hec accidētia in logica consideranda sunt. Conclusio responsiua patet ex dictis.

Dubitatur. quot modis aliquod nomē potest dici commune Respondet ꝙ potest dici quattuor modis scilicet actu aptitudine opinione. et ymaginatione. Actu. scilicet. quando res significata per ipsum actualiter reperitur in pluribus suppositis. sicut est h̄ nomē homo ⁊ h̄ nomē asinꝰ. ⁊ sic de alijs. Aptitudie

Questio vii D.

vero quando non potest reperiri actualiter in pluribus. sed in vno tm̄ aptitudie tamē sue nature in pluribus repiri pt vt sol. Opinione vo quādo nec actu nec aptitudine nature sue veraciter est in pluribus sed solum opinione tm̄ sicut de^9. Ymaginatione vero quādo nec actu. nec aptitudine nec opinione in pluribus inuenitur sed solū ymaginatione in pluribus ē. vt chimera. ꝛ sic nomē cōe dictum duobus vltimis modis non dicitur vniuersale seu predicabile proprie dictum sed ꝯmuniter dictum dūtaxat. bene tamen potest esse aliquod nomē ꝯmune cuius significatum nec in vno supposito nec in pluribus suppositis reperitur dūmodo non repugnet sue nature posse eē in pluribus sicut rosa in hyeme ꝛ tale nomē bene est vniuersale proprie dictum. ꝛ sic patet ꝙ nomē ꝯmune seu appellatiuū apud grāmaticū ē idē quod apud logicū dicitur vniuersale ꝛ diuiditur in q̄nqꝫ vniuersalia.

Dubitatur: quod sunt modi analogye realis. Rn̄detur prout sufficit ad propositum ꝙ analogia realis fit tribus modis. Est em̄ q̄dam analogya realis in proportione pluriuꝫ ad vnum subiectum sicut ens dicitur de omnibus per habitudinē ad sbstātiam q̄ est sbiectū omnium alioꝝ entium. Alia est analogya in ꝓportione plurium ad vnuꝫ efficientis actum. vt medicina dicitur primo ꝛ principaliter de medico qui ꝺm artem medicine operatur. dicitur etiam de experto qui ꝗuis artem nō habet aliquo modo tamen imitatur medicine artificem in operādo. dicitur etiam de instrumētis medicine. Alia est analogya realis in ꝓportione plurium ad vnum finem. sicut sanum dicitur de vrina de cibo de loco ꝛ tpe de animali ꝛ etiā de multis alijs que ordinē habent ad vnum finem scilicet ad sanitatem animalis. Alij sūt modi analogie non tamen reales ꝛ veri. sicut ē analogya que dicitur voluntaria sicut Porphyrius analogice significat hominem ꝛ libꝝ ab eo factum. ꝛ etiam analogya artificialis vt animal dicitur analogice de animali viuo ꝛ de animali picto.

Ad rationes: ante oppositū respōdetur ꝙ si vox ꝯsideretur vt est quedam qualitas naturalis naturaliter formata. sic consideratur a phisico naturali. Si vero accipiatur vt est ad placitum consignatiua cōceptus simplicis aut compositi et vt est quoddam instrumentum per quod deuenitur de noto ad noticiam ignoti sic consideratur a logico. Sed grāmaticus ipsam considerat vt ē ordinabilis cōgrui vel incongrui ad ꝯstitutionem vel ꝯstructionem orationis.

Queritur septimo: Utrum incomplexum notificandum requiratur diffinitio ꝛ diuisio. ꝛ vtrum omne incomplexum notificatur per argumentationē. Arguitur primo ꝙ nō quo ad primam partem quesiti. quia transcendentia genera generalissima differentie indiuidua ꝛ alia multa diffiniri non possunt. Similiter differētie indiuidua species specialissime et etiam multa alia incomplexa non possunt diuidi. ergo non omne complexum potest notificari per diffinitionem ꝛ diuisionem. Secūdo arguitur quo ad secundā parteꝫ quesiti. q̄a orationes imꝑfecte ꝛ perfecte alie ab indicatiua sunt complexa quedam ꝛ tamen non possūt notificari per argumentationem quia non significant verum nec falsum. Similiter prīa principia complexa non notificantur nobis ꝑ argumentationem. quia sunt per se nota. Similiter propositiones singulares nō sunt argumentabiles. ergo non oīe ꝯplexū est notificabile ꝑ argumentationem.

In oppositū arguitur. q: nō sūt nisi tres modi notificandi ignotū scꝫ ꝑ diffinitionē per diuisionē ꝛ ꝑ argumētationē. ergo cū oīe incōplexum posset esse alicui ignotū. ꝛ nō possit notificari ꝑ argumētationē sequitur ergo ꝙ ꝑ diffinitionē ꝛ diuisionē notificetur. Et cū cōplexum possit notificari per diffinitionem aut diuisionem. notificatur ergo ꝑ argumentatōeꝫ

Sciendum primo. ꝙ intentio logice est docere modum notificandi ignotum ꝑ notum. Ignotum autem est duplex scꝫ ꝯplexum et incomplexum. Sed ignotū pt esse incōplexum ꝗtum ad duo scꝫ ꝗtū ad essentiam significatam ipsum ꝛ quantū ad potentialitatem sequentem ipsam. ideo oportet ꝙ sint tres modi notificandi scꝫ diffinitio per quam scitur inꝯplexum quantum ad essentiam. ꝛ diuisio per quam scitur incomplexum quantum ad potētialitatem. ꝛ argumentatio per quam scit̄ cōplexum ꝛ intelligitur de ꝯplexo enūciatiuo.

Sciendum ē secūdo. ꝙ ars diffiniendi vt dicit venerabilis dominus Albertus nō repitur ab Arestotele tradita. ideo sup hoc passu tradit Albertus quinqꝫ regulas obseruandas in omni diffinitione bona quidditatiua ꝛ quinqꝫ vicia opposita in tali diffinitione cauēda. et iste etiam regule obseruande sunt in omnibus diffinitionibus ꝺm ꝙ ymitantur aliq̄ modo diffinitionem quidditatiuā ꝛ ad ipsā ꝫ

reducuntur. Prima regula est q̄ omnia posita in diffinitione sint substantialia ⁊ substantialiter diffinito in existentia. ⁊ peccatū huic regule oppositum ɔmittitur si in diffinitione aliq̄d accidens siue accidētale ponatur. Secunda regula est. q̄ vltima differentia sit conuertibilis cū diffinito ⁊ totam diffinitionē faciat esse cōuertibilem cū diffinito. ⁊ peccatū huic oppositum est. si vltima differētia nō sit cōuertibilis cū diffinito. q̄r tunc per diffinitionem nō sciretur quidditas diffiniti nisi in vniuersali. Tercia regula ē q̄ primū positū in diffinitione se habeat ad sequēs sicut potētia ꝓpinqua ad actū ⁊ determinabile ad determinās. Cuius oppositū peccatū est si min⁹ cōe ꝓponeꝛ mag⁹ cōi. q̄r denotaretur q̄ in eodē act⁹ ꝓcedere potentiam. Quarta regula est. q̄ ꝓmū diffiniēs sit ꝑ se notū querēti ɔgnoscere diffinitōem. ⁊ quātuꝫ ad sb̄stātiā ⁊ quātū ad potestatē. q̄r alias nō esset ꝓncipiū ɔgnoscēdi ignotū Et peccatū huic oppositū ɔmittiꝛ si ꝓmū diffiniēs nō est ꝑ se notū in sb̄stātia ⁊ potestate. qđ q̄ttuor mōis ɔtingere pt. Primo si diffiniaꝛ idē ꝑ idē. Scđo si diffiniaꝛ ꝑ eque ignotū. Tercio si diffiniaꝛ ꝑ ignotius. Quarto si diffiniaꝛ ꝑ aliq̄d qđ non pt eē notū nisi ꝑ ipm diffinitū. Quinta regula est. q̄ diffinitio dicat totū eē diffiniti a ꝓma potētia essentiali. vsq̄ꝫ ad vltimū actū transeūdo ꝑ oēs actus intermedios. hui⁹ peccatū committitur si in diffinitione omittaꝛ aliquid ꝓncipioꝝ eēntialiū diffiniti.

Sciendū tercio q̄ ꝓter diffinitionē q̄dditatiuā sunt alie diffinitiones reducibiles ad quidditatiuā vt sunt diffinitio causalis ⁊ descriptiua. Diffinitō em̄ causalis datur ꝑ causā efficientē ⁊ finalem. Causa ṽo efficiēs vniuoca in forma ɔuenit cū effectu. ⁊ ꝑ talē causaꝫ efficientē magis ꝓprie datur diffinitō causal'. Sꝫ causa efficiēs equiuoca nō ɔuenit cū effectu in forma tamen virtualiter forma effectus formam talis efficiētꝭ ꝑticipat. Similiter causa finalis propria forme rei est ꝓporcionata. nā forma est propter finem. ⁊ sic patet q̄ diffinitio causalis quodāmodo reducitur ad q̄dditatiuā Similiter diffinitō descriptiā ad q̄dditatiuaꝫ reduciꝛ. q̄r daꝛ ꝑ ge⁹ ⁊ acciñ̄a ꝓp̄a q̄ sūt forme ɔnaturalia ⁊ adeq̄ta. Verꝫ tn̄ p̄t has diffiōes que notificāt rē significatā ꝑ vocē incōplexā ē alia diffinitō q̄ dꝛ q̄d nōis ⁊ ē inter oēs diffinitōes imꝑfectior ⁊ ꝑ ipāꝫ intelligiꝛ ois orō q̄ ē maioris declarationis q̄ꝫ sit nomē ipm ꝑ se sumptū. Et tal' diffinitō nō notificat rē significatā ꝑ nomē. sꝫ notificat ipāꝫ significatōem id ē ōnte⁹ rei tale nomē est significatiuū ideo dicit relatōnem ad rem significatā per ipam ⁊ notificātur per eā tā ɔplexa q̄ꝫ incōplexa. tā entia q̄ꝫ nō ētia Ex hijs breuiter h̄etur aliq̄ instructio de arte diffiniendi ſm̄ q̄lib;t diffinitionē.

Conclusio. Omne inconplexū notificabile ē ꝑ diffinitōem ⁊ diuisionē accipiendo diffinitionē large put ɔphendit oēꝫ mōm diffinitōnū ⁊ similiter diuisionū. Sil'r omē ɔplexū enunciatm̄ notificabile ē ꝑ argumētatōem vl' simpl'r vl' q̄ ad nos accipiēdo etiā argumētationē large. Ista conclusio satis ptꝫ ex dictis q̄r logica docet oēm modū notificādi quodcūq̄ꝫ ignotum. sꝫ visuꝫ ē q̄liter omne tl'e notificabile sit. Et sic si q̄ratur vbi tradit Arestoteles artē diffiniendi. Rn̄ꝛ vt sup̄ q̄ eā nō tradit cōplete. vl' si tradiderit ad nos nō ꝑuenit ⁊ sil'e dicūt Arabes Artē ṽo diuidēdi etiā nō tradidit sꝫ Boeci⁹ de arte diuidēdi quēdā tractatū fecit q̄ de diuisionib⁹ intitulatur. vbi ponit duplicē modū diffiniēdi seu diuisiōis. Diuisionū alia ꝑ se. alia ꝑ accñ̄s. Et vtrūq̄ꝫ sb̄diuidiꝛ visum ē sup̄ summulas. Si queraꝛ insup q̄liter notificātur alia conplexa ab enunciatione. dꝛ q̄ nō notificātur argumentatōe q̄r nō significāt ṽm vel fl'm. ⁊ ita nō sunt ꝓp̄e scibilia. sed solū sunt ɔgnoscibilia q̄tū ad q̄d nōis ideo ɔgnitio iporum est per diffinitionē q̄d nōis. Ad rōnes ante oppositum. Prima arguitur de diffinitione quidditatiua ⁊ diuisione per se. mō dictū est in responsione ad quesitum q̄ oportet accipere diffinitionem large ⁊ diuisionem similiter. ⁊ vt iam dictū ē etiā scitur de orōne imperfecta. non enunciatiua q̄liter notificatur. Et ad id quod arguitur de primis principijs. dicitur q̄ non possunt notificari demonstratione simpliciter sed bene inductione ⁊ argumentatōne topica notificātur quo ad nos. ⁊ similiter ꝓpositiones singulares notificātur argumentatione exemplari.

Queritur octauo. Utrum vniuersale sit de consideratione logici Arguitur q̄ nō q̄r vniuersale est simplex rei natura siue quidditas. sed considerare simplices rerum natūas et quidditates ad methaphisicum pertinet. et non ad logicum. ergo ⁊ vniuersale Secundo arguitur omnis scientia est de vniuersali q̄r singularium non est scientia. ergo ad logicum non pertinet considerare de vniuersali plus q̄ꝫ ad alium artificem.

In oppositum arguitur autoritate porphirij q̄ nobis tradidit scientiam de q̄nq̄ꝫ

vniuersalibus. Et vt habet Albertus primuz quod in logica est cõsiderandũ est vniũsale.

Sciendum primo ꝙ si ratio dicibilis proprie sumatur tunc nihil predicatur de aliq̃ nisi sit in illo ⁊ quia ẜm philosophũ q̃rto phisicorũ ꝓprie loquendo nihil est in se ipo sequitur ꝙ oportet predicabile ꝓprie sumptum inesse alteri. vel vt natura essentialis. vl' vt accidens et per hoc quod inest alteri p̄dicabile est. ex inesse alteri causa est predicabilitatis. ~~Sequo vl~~terius sequitur ꝙ p̄dicabile se habet ad vniũsale sicut ꝓpria passio ad suũ subiectũ. qꝛ vniũsale diffinitur per esse in p̄dicabile ꝺo ꝑ dici ꝛc.

Sciendũ secũdo ꝙ vniuersale dupliciter accipi potest. vno modo pro re subiecta intentioni vniuersalitatis accepta ẜm esse suum reale. ⁊ sic tractare de vniuersali ad scientiam realem pertinet. Et ẜm hoc talis natura cui accidentaliter attribuitur intentio vniuersalitatis triplex est scꝫ quedã sepata a motu ⁊ materia tã ẜm esse q̃ꝫ ẜm rationem. Alia est separata a motu ⁊ materia sensibili ẜm rationem ⁊ nõ ẜm eẽ. Et alia que coniuncta est motui ⁊ materie sensibili ẜm esse ⁊ rationem. ẜm hoc vniuersale sic acceptum ad tres scientias reales pertinet determinari scꝫ ad phisicam mathematicam ⁊ metaphisicam. Alio modo potest accipi vniuersale pro intentione vniuersalitatis attributa rei siue pro re subiecta intentione vniuersalitatis ẜm ꝙ sibi subiecta est. ⁊ hoc mõ ꝯsideratio vniuersalis ad logicũ pertinet. qui nõ habet ꝯsiderare ipsas res absolute ⁊ ẜm suũ esse reale sed ꝓut subsunt intentionibus secũdis.

Conclusio prima. vniuersale secundo modo dictũ est de intentione logici. Probatur qꝛ predicabile est de ꝯsideratione logici. ergo ⁊ vniuersale. Antecedẽs probatur. qꝛ predicari ẽ actus rationis ordinantis ⁊ ꝯponentis vnuꝫ cũ alio ergo cũ logica sit scientia ꝯsideratiua actuum rationis ⁊ intentionum secundaruꝫ que entia rationis sunt sequitur ꝙ predicabile est de consideratione logici. Consequentia probatur. quia eiusdem scientie est considerare subiectum ⁊ eius propriam passionem. sed predicabile ad vniuersale se habet vt ꝓp̃a passio ad subiectum ergo. ꝛc̃.

Conclusio secunda. vniuersale est primũ considerandum in logica. Probatur. quia intentio logice est dirigere actus rationis qui querit scientiam ignoti per notum. sed primꝰ actus est ordinatio predicabilium ad inuiceꝫ ẜm sub et supra prout substant vocibꝰ ẜm earꝫ ratõẽs talem ordinẽ significantibus q̃ quideꝫ voces sunt genꝰ spẽs ⁊ differẽtia propriũ ⁊ accidens ⁊ alie intẽtiones que ꝑ accidẽs attribuuntur rebꝰ. ergo talis ordinatio predicabiliuꝫ est de ꝯsideratione logici. sed quia ordinare nescit qui rationes ordinabiliũ ignorat. ergo oꝫ primo cognoscere rationes predicabiliũ q̃ꝫ ꝯgnoscere ordinem ipsorum. sed constat ꝙ ratio p̄dicabilium sumitur ex ratione vniuersalis. qꝛ vniuersale est causa predicabilis. ergo ad habendũ rationem predicabilis ⁊ predicabilium necesse est de vniuersali premittere tractatum. ⁊ ꝑ consequens primum ꝯsiderandũ in logica ẽ ipsum vniuersale. Et hac de causa liber iste in q̃ traditur ratio vniuersalis ⁊ predicabilis singulorum predicabilium. in quo etiam differẽtie ⁊ conuenientie ipsorum ⁊ proprietates cuiuslibet ostenduntur antecedit librum p̄dicamẽtorum ad quem ẽ introductorius. quia in libro predicamẽtorum consideratur ordinatio predicabilium ad inuicem ẜm sub ⁊ supra prout substãt vocibꝰ talem ordinẽ significãtibus q̃rũ vocũ rõẽs in isto libro traduntur.

Dubitatur: quis sit titulꝰ huiꝰ libri. Rñdetur ꝙ titulꝰ ẽ iste in greco. Incipiũt ysagoge ad cathegorias. Arestotelis id ẽ incipiũt introductiones Porphirij ad p̄dicam̃ta Aresto.

Dubitatur. ad q̇d ⁊ ad q̃ ẽ vtil' ista doctrina. Rñt porphiriꝰ ꝙ ad q̃ttuor. Primo est vtil' ad ꝯgnitõem p̄dicamẽtorum habendam. Secũdo ad diffinitionũ assignationẽ. Tercio ad scientiam diuisionũ. Quarto ad demõstratõem primũ iã satis ꝓbatũ ẽ in ꝓbatõe secũde ꝯclusionis. Scdm patꝫ qꝛ vt hꝫ Boetiꝰ solius speciei est diffinitõ q̃ ex genere ⁊ differentia constituta est. in qua etiã aliq̃n ponitur accñs ꝓprium si descriptiua fuerit ⁊ etiã accñs cõe si fuerit q̇d nõis tantũ nisi per tale accidens circulo quereretur proprium oportet ergo ad assignationẽ diffinitionũ rationes istorũ vniuersalium cognoscere que in h̃ libro tradũtur. Tercium patꝫ qꝛ aliqua est diuisio generis in suas species per differẽtias. ⁊ alia subiecti in accidẽtia. ⁊ sic oportet ad diuisionẽ rationes istorũ vniuersalium ꝯgnoscere que in hoc libro traduntur. Quartum patet qꝛ mediũ in demonstratione potissima est diffinitio subiecti aut passionis. sꝫ qꝛ hec doctrina vtil' est ad diffinitionẽ eius ⁊ in ea ostenditur quid sit propria passio. ergo sequitur ꝙ vtilis sit ad demõstratõꝫ

Dubitatur ꝑmo. vtrꝫ vl'e sit genꝰ ad q̇nꝫ vl'ia. Rñr ꝙ nõ sꝫ analogice de ipis dicitur nam

sicut substātis ⁊ accn̄s in nullo vniuocari possunt ita nec esse in multis eēnaliter. ⁊ eē in multis accn̄taliter. Sȝ prius ⁊ pfectius inē multꝭ illud qđ inest eis eēnaliter q̄ȝ illud qđ inest eis accidētaliter. ⁊ inter illa q̄ insunt eēntialiter pꝰ et perfectius dr̄ in multis id qđ de illis predicatur in quid q̄ȝ id qđ p̄dicatur in q̄le. Et adhuc qđ p̄dicatur de pluribus drn̄tibus spē p̄us est q̄ȝ qđ p̄dicatur de pluribus drn̄tibus numero Simlr̄ inter ea q̄ insunt accidentaliter. prius est qđ fluit ex p̄ncipijs speciei. q̄ȝ qđ fluit ex principijs indiuidui. ⁊ sic patet ordo p̄dicabilium Unde vlterius sequitur q̄ vniuersale nō ē diffinibile diffinitione q̄ equaliter conueniat q̄nq̄ȝ vniuersalibus sed analogice tantum.

Dubitat̄ scđo. quid sit subiectuȝ attributōis huius libri. Rn̄det̄ q̄ ē vniuersale. qꝛ sibi ꝯuenit ratio subiecti attributōis in comparatione ad hanc doctrinā ⁊ predicabile ē eiꝰ propria passio. Nec istud impedit analogia ipsius vniuersalis. quia ad vnitatē scientie sufficit vnitas analogie sui subiecti.

Dubitat̄ tercio: de sufficientia vniuersaliū. Dicit̄ q̄ sic dat̄ ab Alberto. Uniuersale ē qđ in multis est. ⁊ de multis dicitur. Aut ergo est in multꝭ essentialiter aut accidentalit̄. Si p̄mū hoc est duplr̄ aut est in multis vt tota essētia eoꝝ ⁊ sic est species. que vt dicit Boetius ē tota substantia indiuiduoꝝ aut est in multis vt pars essentie. ⁊ hoc est dupliciter vel ē pars potentialis in qua est esse specificum per inchoationē. ⁊ sic est genus. vel est pars actualis potentiam generis determinās ⁊ sic est differentia Si secundū hoc est dupliciter. aut est accidēs nature qđ fluit ex proprijs p̄ncipijs speciei ⁊ sic est propriū. aut cōmune qđ fluit ex principijs indiuidui. ⁊ sic est accidens. Alia sufficientia potest dari de ipsis inquātum predicabilia sūt que patet ex dictis supra summulas. Ratioēs ante oppositū solute sunt ex dictis.

Questio ix

Queritur consequenter. Nono vtruȝ tres questiones difficiles a q̄bus voluit se abstinere. Porphiriꝰ propt̄ eaꝝ difficultatē sint termiabiles per logice facultatem. Quarū prima est Utrū vniūsalia ⁊ precipue genera ⁊ species subsistant in rebus extra omnē intellectuȝ aut in solis nudis purisq̄ȝ intellectibus posita sint. Secunda questio est vtrum huiusmodi vniuersalia que subsistunt in rerum natura extra omnem intellectum sint corporalia vel incorporalia. Tercia questio est dato q̄ hmōi vniuersalia sint subsistentia in rebꝰ ⁊ sint incorporalia tunc q̄ritur vtꝝ sint in singularibꝰ suis subsistentia aut extra singularia ⁊ extra omneȝ intellectū per se existētia. Arguit̄ q̄ possunt terminari per artē logice. qꝛ logica est sciētia cōmunis ad omnium methadoruȝ principia viam hn̄s. ergo oīs questio q̄ȝtumcūq̄ȝ difficilis sit potest terminari per artem logice. In oppositum est porphirius in p̄hemio sui libri.

Sciendū primo. q̄ q̄uis Porphiriꝰ non terminat istas questiones tn̄ voluit has mouere triplici de causa. Prima ne videret̄ alicui q̄ nulla questio difficilis de vniuersalibus formari possit. Secunda est vt per h̄ q̄ de ipsꝭ vniuersalibus difficilia queri ⁊ sciri p̄nt incitetur animus auditoris ad sciētiā vl̄ium magꝭ attente inquirendā. Tercia est nē Porphirius videretur illas questiones ignorare. ideo eas mouet ⁊ tn̄ se excusat a terminatione earū. quia ad metaphisicum ⁊ non ad logicum pertinent. Albertus vero ne animus auditoris vel lectoris in suspenso maneret huiusmodi questioēs voluit aliquātulum declarare.

Sciēdum scđo: q̄ ille tres questiones sic inter se distinguuntur. quia prima querit de esse vniuersalium. secunda de quidditate eoruȝ et tercia de comparatione eorum ad sua singularia.

Sciendū tercio q̄ de esse ipsorū vniuersalium tres fuerunt opiniones antiq̄rum. Prima fuit ponencium vniuersalia habere eē in rerum natura extra omnem intellectuȝ. ⁊ isti diuisi sunt quia quidā scȝ platonici dixerunt vniuersalia per se subsistere extra intellectū ⁊ extra singularia ⁊ habere completam rationē vniuersalitatis. Alij aūt dixerūt in rerum natura esse vniuersalia extra omnem intellectum nō tamē habere esse reale extra singularia. sed solū in singularibus. Et vltra dixerūt q̄ huiusmodi vniuersalia extra intellectū nō habēt cōpletam rationem vniuersalitatis sed ipsam habēt p̄m actum in intellectu ⁊ ab intellectu ⁊ extra intellectum solū sunt vniuersalia in potentia ⁊ hec est opinio Arestotelis que vera est. Scđa opinio fuit quorūdam qui vocant̄ nominales q̄ nunc moderni dicūtur q̄ dixerunt vniuersalia totū suū esse habere in intellectu ⁊ ab intellectu faciēte ipa vniuersalia p̄ suā ꝯsideratōeȝ. Tercia opinio fuit quorūdā dicentiū vniūsalia n̄ habere esse nisi ydeale in intellectu p̄me intelligētie causantis ⁊ cognoscētis res ipsas.

Sciēdū q̄rto. q̄ p̄m istas tres opiones de eē vl̄iū triplr̄ exponūt̄ termini p̄me q̄stionis

scȝ in solis nudis purisq3 intellectib⁹. Nā pri/
ma opinio q̄ est platōis dicit vniūsalia eē in so
lis intellectib⁹ ꝑ exclusionē singulariū ita ꝙ nō
sunt in ipsis singularib⁹. sȝ ponūt ea in nudis
intellectib⁹ qꝛ sunt in intellectib⁹ separatis ab
appēditijs materie. Si em̄ vniūsalia vt dicūt
eēnt in singularib⁹ sensibilib⁹. tūc nō possent eē
in intellectib⁹ nudis id est fantasie ꝛ sensui non
immixtis. sed hmōi vniūsalia in puris intellec
tibus. quia ad intelligenduȝ ipā nō mouet nisi
intelligētie lumē ꝛ nō fantasma receptum. Et
ꝫm istos hmōi vniūsalia dicūtur esse in solis ī
tellectibus per exclusionē singulariū. ꝛ dicitur
esse intellect⁹ nud⁹. qꝛ nō immiscet̄ fantasie ꝛ sē
sui ꝛ dicit̄ purus. qꝛ ad intelligēdū vniūsalia
nō mouet fantasma receptum. sed solus intelli
gentie lumē. Sed noīales dicunt vniūsalia eē
in solis intellectibus. qꝛ totū suū esse hn̄t in in
tellectu ꝛ ab intellectu ꝛ nullo mō sunt in rebus
Sed intellect⁹ vocāt nudos q̄ nō hn̄t aliquos
habit⁹ cōcreatos disponētes eos ad eoꝝ specu/
lationē qd̄ est cōtra platonē qui posuit sciētias
nostro intellectui innatas. Sȝ vocāt intellect⁹
puros qui mediāte fantasmate nō intelligunt
Sed tercia opinio refert dictū suuȝ ad intellec
tum causantē ꝛ ꝯgnoscentē res scȝ ad intellec/
tum prime intelligentie. dicunt ergo esse vni/
uersalia in sol' intellec. ib⁹ qꝛ hn̄t eē solū ypeale
in intellectu intelligētie p̄me causant̄ ꝛ ꝯgnos/
centis res. Sȝ nudos intellect⁹ vocāt intellec/
tus sepatos oīmōe a materia. ꝛ illos dicūt intel
lect⁹ puros eo ꝙ impuritate mat̄ialiū p̄ncipio/
rū in causando nō ꝑmiscētur. ꝛ sic patȝ exposi/
tio illoꝝ termioꝝ. Ueꝝ tamē vt dicūt aliqui il
li tres termini nō ponūtur nisi ad maiorē expl
sionē. ꝛ dicūt qd̄ sunt sinonimi.

Conclusio responsiua. Ille tres questō
nes analectice seu sciētifice teriari nō pn̄t ꝑ logi
ce facultatē. Probat̄. qꝛ ad termiandū eas ana
lectice necesse ē vti rōibus sumptis ex p̄ncipijs
causis ꝛ passioibus entis inq̄tū ens. ꝛ oportȝ
ꝯgnoscere quid sit subsistere extra intellectū in
natura ꝫm esse ꝯpletū ꝛ q̄d nō. hoc aūt nō ha/
bet ꝯgnoscere logic⁹. ergo ꝯclusio vera.

Dubitat̄ p̄mo. quare iste questiones
potius formātur de generibus ꝛ speciebus q̄3
de alijs vniūsalibus. Respōdet̄ ꝙ dupl'r pōt
assignari causa. Prima ē ꝛ potissima. qꝛ gen⁹
et spēs p̄dicātur in q̄d. ideo magis ꝑ se sbsiste/
re videntur. alia vero p̄dicātur in quale ideo
magis eē vidētur in alio ꝛ nō posse ꝑ se subsiste
re. Alia cā ē. qꝛ alia vniūsalia in genere ꝛ specie
quodāmō esse significantur. Differētia em̄ est
est potestate in genere. actu vero in spē. ꝓpriuȝ
autē est in specie ex cui⁹ principijs fluit. ꝛ accn̄s
cōmune est in indiuiduis. ꝛ ita illa duo v'lia ci
cius vidētur posse ꝑ se subsistere extra intellc̄m
et singularia quā alia vniuersalia.

Dubitat̄ scd̄o: quid sit subsistere. Respō
detur ꝙ subsistere pōt capi dupl'r. Uno mō pro
prie. ꝛ sic subsistere ꝛ eē distinguūtur sicut mi/
nus cōe ꝛ magis cōmune. qꝛ esse cōmune ē om/
nibus entib⁹ substātijs ꝛ accidētib⁹. Sed sub
sistere ꝓprie sumptū dicit ꝓpriū moduȝ eēn/
di qui soli substātie ꝯuenit ꝛ nō omni. sed so/
lū p̄me v' forme immateriali vt est aīa rōnalis
que ꝑ se subsistere potest. Unde proprie illud
dicit̄ sbsistere qd̄ nō adiacet alicui alteri in q̄ sit
ad hoc ꝙ sit. ideo dicit̄ subsistere quasi sub suo
esse sistere id est stare. Unde sic diffinit̄ a Boe/
cio. Sudsistere ē qd̄ stat sb aliquo ꝛ sistit in il
lo. Et differūt h̄ mō subsistere ꝛ substare qꝛ sub
sistere orit̄ a forma a qua p̄ncipaliter ē esse. Et
substare orit̄ a materia. ꝛ h̄ mō genera ꝛ spēs n̄
dicūtur subsistere ꝫm doctorē sanctū in p̄ma ꝑ
te summe questione vicesimanona articulo se/
cūdo ad quartū. Alio modo potest accipi sbsi/
stere cōiter ꝓut idē est qd̄ eē siue existere in rerū
natura. siue in se siue in alio. ꝛ isto mō capit̄ sb/
sistere in titulo p̄me questionis.

Dubitat̄ tercio: quid est facultas. Res
pondet̄ ꝙ facultas idē est qd̄ facil' rei potestas
et sic facultas homīs est facilis potestas ipsius
faciens ipm posse habere aliq̄d ad nutū. h̄ mō
diuitie dicūt̄ facultates hoīs. Etiam quelibet
ars ꝛ scientia ꝑfecta ab hoīe habita dicit̄ facul
tas eius ad discernēdū debite de eis que ad ar/
tem v' sciētiā pertinēt. Sed difficultas est dif
ficilis potestas que a doctore subtili sic describi
tur. Difficultas ē rei potestas acquirēdi aliq̄d
cum studio magno ꝛ labore. Ex quibus patet
ꝙ impossibile non est facile neq3 difficile vt pa
tuit.

Ad rationes: Ante oppositum: Res/
pondetur ꝙ logica dicitur sciētia cōis per ap/
plicatōem sui sbiecti. ꝛ nō dꝛ cōmunis. qꝛ cōsi/
derat primas causas communes omniū entiū
et ideo non habet viam ad principia omnium
methadorum nisi pro quanto docet modum
formandi argumentationes in om̄ibus termi
nis. Ueꝝ tamē ē ꝙ iste questioēs ꝑ artē logice
aliq̄ mō thopice possent teriari. sȝ tal' termina/
tio nō esset sciētifica seu analectica. sed solū opi
natiua siue coniecturatiua.

Q decīa. V. vniū salia ꝑpue gnā ⁊ spēs subsistāt in rez natuā ex oēm intellctū

Queritur consequēter. Decimo vtrum
vniūsalia ꝑcipue genera ⁊ spēs subsistāt in rez
natura extra oēm intellectū aut sint in puris so
lis nudisqꝫ intellectibꝰ posita Arguit primo
habent esse in intellectu rōibus nomialium siue
modernorū oppositā parte tenētiū Prima
ratō ē. oēme qd ē in rez natura extra intellectuz
iō est qꝛ vnū numero est vt dicūt Boetiꝰ Ars.
et Auicēna. Uniūsale aūt nō est vnū numero.
ergo vniuersale nō habꝫ esse in rerū natura ex
tra intellectū. Secūda ratō est. oēme qd ē in
rerū natura extra intellectū ē hoc aliqd vt dicit
Arestotiles. vniūsale autē nō est hoc aliqd. sed
potius quale quid. ergo ⁊c. Tercia ratō est
oēme qd recipit in aliquo ad modū recipiētis
recipit vt dicit tercio de aīma. si ergo vniuersa
le habꝫ eē in rez natura extra intellectū hoc est
in particlari vt demonstrat Arestoteles cōtra
platonē. ergo sequit ꝙ vniuersale erit ꝑticlare
qd flm ē. Quarta in eodē idcꝫ est eē vl'is ⁊
Dubitatur tercio. quare tempus non dicitur genus sicut locᵒ. ⁊ quare nō dicitur ꝑncipiū generatiōis sicut ⁊ locus. Cā est. q2 tempᵒ est magis causa corruptionis q̄ʒ generationis vt habetur q̄rto phisicoꝝ. ⁊ sic non est ꝑncipiū generationis. ⁊ per consequēs nō debet dici genus.

Dubitatur quarto. quare dicitur in textu videtur āt neqʒ genᵒ neqʒ spēs ⁊c. ⁊ nō ponitur ē. Rō est. q2 acceptiōes iste magis sūt in mēte nr̄a q̄ʒ in rerū natura. iō magis dr̄ videtur q̄ʒ est. Et ē aduertendū ꝙ h̄ verbū videtur qn̄qʒ est exp̄ssiuū veritatis apparētis ⁊ nō existētis. vt cū dr̄ sillogismᵒ sophisticᵒ ē q̇ videtur sillogisari ⁊c. qn̄qʒ ẜo ē exp̄ssiuū ṽitatis ꝓbabiliter ⁊ nō necessarie. vt cū dr̄. ꝓpositio dyalectica est q̄ videtur ⁊c. qn̄qʒ etiā accipitur vt ē exp̄ssiuū veritatis necessarie. ⁊ sic accipitur i tex. ⁊ etiā in illo tex. accipitur simpliciter. i. vniuoce. q2 noᵛ vniuocū hʒ se ad equiuocū sicut simplex ad cōpositū. ⁊ sic dicit tex. ꝙ neqʒ genus neqʒ spēs simpl'r. i. vniuoce videntur dici. Rō añ oppositū soluitur ex dictis.

Queritur consequenter decimoseptio. vtr̄ diffinitio generis sit bn̄ assignata in q̄ dr̄ Genᵒ ē qd̄ p̄dicatur de pluribᵒ differentibᵒ spē in eo qd̄ q̇d ē. Arguitur ꝙ nō. q2 generis ē alia bōa diffinitio. ḡ illa superflua. Scd̄o arguitur. in ista diffinitōe nō pōitur genᵒ diffiniti. igitur nō vʒ Tercio arguitur in p̄io loco hᵒ diffinitiōis ponitur illud noᵛ qd̄. qd̄ de se ē indeterminate significatiōis. ḡ ē mala. Quarto arguitur. genus ē forma multis cōicabilis. ḡ debet p̄dicari in q̄le In oppositū est Porphi. in textu.

Sciendū primo. ꝙ alia diffinitio datur de genere ſm ꝙ genᵒ ē. sʒ p̄ns diffinitio datur de genere ſm ꝙ p̄dicabile est ⁊ fundatur in ꝑ̇ma. q2 genᵒ ſm ꝙ genᵒ ẜt ordinē nature supior̄ ad inferiora in quibᵒ essentialiter ⁊ actu includitur. ⁊ iō p̄dicatur essentialiter. ⁊ sic p̄ia diffinitio solum explicat hmōi ordinē. p̄ns ẜo diffinitio explicat rōnē predicandi in illo ordine.

Sciendum secundo ꝙ intētio generis dicit ordinē vt iā dictū ē. q̇ ordo in oī p̄dicamēto reꝑitur. ob h̄ ꝙ intentio generis quodāmō ē trāscēdens. ⁊ iō p̄io loco diffinitiōis conueni enter ponitur illud noᵛ qd̄. qd̄ de se ē incertū ⁊ infinite significatiōis. finitur tn̄ ⁊ determinatur ꝑ sibi adiūcta. ⁊ iō pōt aliquid notificare. ⁊ lʒ in p̄dicta diffinitiōe nō ponatur vl'r explicite. tn̄ sufficienter intelligitur per h̄ qd̄ dr̄ qd̄ p̄dicatur de pl'ibᵒ. supponitur etiā ex diuisiōe vl'is in q̇nqʒ vl'ia.

Sciendū tercio. ꝙ generi cōuenit predicari de pluribᵒ drn̄tibᵒ spē. q2 genᵒ ad eē specificū nō deducitur nisi diuisū ꝑ drn̄as formales formaliter oppositas ⁊ repugnātes. ⁊ iō i eodē cōpati se nō p̄nt. ⁊ sic genus p̄dicabile est de pluribᵒ spēbᵒ ꝑ drn̄as illas oppositas ꝯstitutū

Conclusio rn̄siua: diffinitio gn̄is ē bn̄

assignata. patet q̄ꝛ sufficienter explicat naturã generis. ⁊ p eã differt genus ab oĩ eo qđ nõ est genus vt patet cuilibet intuenti. ⁊ cõpetit oĩ cõtento sub diffinito ⁊ nihil continet supfluum. nec diminutũ. igitur bñ est assignata.

Dubitatur primo. quid sit predicari. Respondet ꝙ ẽ vnũ in alio esse ⁊ de alio dici. ⁊ p notã cõpositiõis designari. que q̄dẽ nota cõpositiõis nõ est in re ipsa. q̄ꝛ a pte rei vnũ ẽ in altero vel nõ ẽ. ⁊ si est designatur p notã cõpositionis. si vero nõ est designat̃ p diuisionẽ. Sed hec rõ compositiõis vel diuisionis soluꝫ est in designatione nr̃a.

Dubitatur secundo. vtrum quale dicatur vniuoce ꝯuenire ꝓprio accidẽti cõi differẽtie ⁊ qualitati. Respõdetur ꝙ nõ. imo quale dr̃ q̄ttuor modis. Uno mõ dr̃ q̄le qđ est denoĩatiue dictũ ab aliq̄ q̄ttuor spẽrũ de genere q̄litatis. vel q̄uolibet alit̃ ab eis. ⁊ sic p̄dicari in q̄le solis qualitatib⁹ ꝯuenit. Scđo mõ dicit̃ q̄le qđ est ꝯñs esse indiuidui. ⁊ sic oẽ accidẽs dicitur quale. Tercio mõ dicitur quale qđ est cõsequẽs p̄ncipia essentialia spẽi. ⁊ sic ꝓpriũ predicatur in quale. Quarto mõ dicitur quale qđ est determinatiuũ potẽtie generis ad esse speciei. ⁊ hoc mõ drñ̃a substãtialis dicit̃ p̄dicari i quale. Uerũ tñ aliq̄ sunt q̄ dicuntur quale q̄d significare. ⁊ tñ nõ predicantur in quale vt genera ⁊ spẽs de p̄dicamẽto substãtie. q̄ꝛ ibi accipitur q̄d vt distinguitur ꝯ hoc aliquid. ⁊ ita omnis natura que nondũ ẽ determinata in vltimo actu nature. sed adhuc qualificabilis est siue p differẽtias formales. siue materiales q̄le quid dicitur.

Dubitatur tercio: quot modis dicitur aliquid p̄dicari in q̄d. Respõdet̃ ꝙ tribus modis. Prĩo ⁊ p̄ncipalit̃ dicitur p̄dicari in quid qđ de sua natura ẽ q̄d. ⁊ etiã de mõ suo significãdi dicit q̄d. vt genera ⁊ spẽs de predicamẽto substãtie. Scđo mõ dicitur p̄dicari in q̄d. qđ de natura sua nõ est q̄d. sed solũ de modo significandi vt genera ⁊ species accidentiũ. Tercio modo dicitur p̄dicari in quid qđ dicit totam quidditatẽ rei explicite ⁊ conuertibiliter a prima potentia vsq̄ꝫ ad vltimũ actum ⁊ oẽs act⁹ intermedios cuiusmodi est diffinitio quidditatiua.

Dubitatur quarto: quid est quidditas Respondetur cũ doctore solẽni. ꝙ q̄dditas est qua aliq̄d hꝫ esse q̄d determinati generis ⁊ q̄d determinate spẽi. Uñ essentia quidditas ⁊ natura idem significãt re sed differũt rõne. Nam res dicitur essentia ſm ꝙ p eam ⁊ in ea res hꝫ esse. Sed q̄dditas ꝓ q̄nto explicabilis est p diffinitioneꝫ q̄dditatiuã. ideo nomen essentie in nomen q̄dditatis apud philosophos trãslatũ est. Sed eadẽ res dicitur natura pro q̄nto est p̄ncipium per se motus ⁊ operationis ei⁹ in quo est.

Dubitatur quinto: quid est suppositũ Respõdetur cũ doctore subtili. ꝙ suppositũ est qđ nulli alteri innititur vt sit nec habet naturalem aptitudinẽ vt innitatur. ⁊ sic de rõne suppositi duplex remouet̃ innitatio. s. actualis ⁊ aptitudinalis.

Dubitatur sexto: vtrum hec ꝯsequẽtia sit bona. Gen⁹ ẽ qđ p̄dicat̃ de plurib⁹. ḡ genus ẽ gen⁹. Respõdetur ꝙ nõ. q̄ꝛ in secũdis intentionib⁹ nõ repitur ver̃ gen⁹. nam illud cui attribuitur vera intẽtio generis aut spẽi dꝫ significare naturã realeꝫ. ⁊ ita si a pte subiecti in ꝯñte accipiat̃ gen⁹ ꝓ scđa intẽtiõe. ꝯña ñ vꝫ. sꝫ si capiat̃ ꝓ res obiecta intẽtõi tũc ꝯñs ẽ ver̃.

Dubitatur septimo: vtrum iste propositiões sint ꝯcedende. aĩalitas ẽ gen⁹. humanitas ẽ spẽs. Rñdet Auicẽna ꝙ non. q̄ꝛ hec noĩa significãt formas p modũ forme tm̃ cũ p̄scisione materie hñtis eã. iõ eis nõ ꝯuenit rõ p̄dicabilis. neq̄ꝫ de ipsis aliq̄d ꝓprie p̄dicabile ẽ. ⁊ sic ista nõ ẽ ꝯcedẽda. hũanitas ẽ aĩalitas. Sꝫ vt dicit Auicẽna hũanitas ẽ tm̃ humanitas. ⁊ ẽ tm̃ p̄ncipiũ formale spẽi scꝫ hoĩs.

Dubitatur octauo. vtrũ indiuiduum de seipso p̄dicet̃. Uidet̃ ꝙ nõ. q̄ꝛ dicit Aresto. in p̄dicamẽtis. a prĩa sbã nulla exit p̄dicatio indiuiduũ etiã in nullo ẽ neq̄ꝫ ẽ in seipso cũ nihil ẽ in seipso. vt dicit. p. in. iiij. phisi. sed dici de p supponit ee in. In ꝯ^m arguit Boeti⁹. nulla ẽ verior p̄dicatio q̄ꝫ illa in q̄ idem p̄dicat̃ de seipso. dicit etiã tex. ꝙ indiuiduũ ẽ qđ p̄dicatur de vno solo. Rñdet̃ ꝙ indiuiduũ p̄dicat̃ de seipso p̄dicatiõe cõit̃ dicta ⁊ de nullo p̄dicatione ꝓpe dicta q̄ mõ loquit̃ Aresto. i p̄dicamẽtis.

Dubitatur nono. vtrũ indiuiduũ vagũ sit p̄dicabile de plurib⁹. Pro dubio presupponit̃ ex dictis s̃ sũmulas ꝙ indiuiduũ q̄ttuor modis designari põt. ⁊ ad quesitũ tũc respõdet̃ ꝙ idiuiduũ vagũ põt dupl'r ꝯsiderari. Uno mõ ex pte nature cõis inclinate ad suppositũ p signũ pticulare ⁊ sic hꝫ aliq̄ mõ ꝯditioneꝫ spẽi si sit indiuiduũ spẽi. vel etiam generis vel differẽtie. sed nõ sequit̃ ꝓpterea ꝙ sit p̄dicabile ꝓprie dictũ. q̄ꝛ nõ p̄dicatur de pluribus propria predicatione sed solũ p̄dicatione aliena.

Secundo mō pōt cōsiderari ex parte signi per ticularisantis. ꝛ sic non predicatur nisi de vno solo.

Ad rationes ante oppositum dicendū est ꝙ tres p̄me solute sunt. Ad q̄rtam dī ꝙ q̄uis gen⁹ sit forma multis cōicabilis. ꝛ hoc mō quodāmodo pōt dici qualificabilis. quia tū huiusmōi forma significat noīe generis. nō ꝑ modū forme formātis sꝫ ꝑ modū forme formabilis. iō significat talis forma ꝑ modū materie ꝛ substantie. q̄ predicat in quid ꝛ nō in q̄le. bene tū dicitur q̄le q̄d vt dictū ē. differentia vō que p̄dicatur in q̄le non p̄dicatur in q̄le. q₂ significat qualitatē. sed q₂ est qualificās ꝛ determinans gen⁹. genus eni differentia ꝛ spēs idē significant ſm rē. vt dicit doctor sanctus in de ente ꝛ essentia. sed rōne differunt.

Q: xviij: V: diffinitio specie sit bene assignata

Queritur decimo octauo: vtrum diffinitio spēi sit bū assignata in q̄ dicit. Spēs est q̄ ponit sb assignato genere. ꝛ de q̄ gen⁹ in eo qd̄ quid ē p̄dicatur. Et arguit ꝙ nō. q₂ gen⁹ diffinitur ꝑ spēm. ḡ spēs nō debet diffiniri ꝑ genus. Consequētia tenet. q₂ esset circulatio in diffinitionib⁹. ꝛ sic esset idē notius ꝛ ignoti⁹. pri⁹ et posterius seipso qd̄ ē impossibile. Scdo indiuiduū generis īmediate sub genere ponit. ḡ diffinitio spēi aliis a diffinito cōpetit. Tercio vt dicit Auicēna punctus ē spēs. ꝛ tamen nō ponitur sub genere. neqꝫ gen⁹ de ipso p̄dicatur. q₂ hec nō est vera punctus ē q̄ntitas. ergo diffinitio est insufficiēs. In oppositū est Porphiri⁹ in libro suo.

Sciendum primo. ꝙ sicut nomen generis multiplex ē. ꝛ pri⁹ fuit in vsu ciuiliter loquentiū. ꝛ inde trāslatū est ad vsum philosophoꝝ. Ita etiam dicendū est de spē. ideo relinquendo aliquas acceptiōes spēi dicit text⁹. ꝙ spēs dupliciter dicitur. Primo dicitur species vniuscuiusqꝫ rei forma siue pulchritudo. ſm quā acceptionē dictū est. ꝙ spēs priami digna fuit imꝑio. ꝛ vocatur pulchritudo rei forma. q₂ ab actu quē dat forma venit pulchritudo. ideo quāto aliq̄d actualius est. tanto pulchri⁹ est. Sed a potentialitate cui⁹ radix est materia venit turpitudo ideo q̄nto aliquid potētiali⁹ est tanto turpi⁹ est. ꝛ sic acceptio spēi apud ciuiles ortū habet ex acceptione noīs spēi apud naturales. q₂ pulchritudo rei oritur a forma. q̄ quidē forma etiā dicit spēs. Scdo mō per silitudinē ad istā acceptionē dicitur spēs illud quod ponitur sub assignato genere. q̄m illud qd̄ ponitur sub genere tanq̄ꝫ spēs ad gen⁹ se hꝫ vt actus ad potentiam. ꝛ sic se hꝫ pulchritudo ad turpitudinē.

Sciendum secundo: ꝙ diffinitio sic debet intelligi. Spēs est que directa ꝛ imediata suppositiōe ꝓprie ꝛ per se ponit sub assignato genere. ꝛ sic illa ꝑpositio sub nō dicit quācunqꝫ inferioritatē. sed dicit ordinē ꝑticipantis ad ꝑticipatū. ꝛ dicitur in diffinitiōe sub assignato genere. q₂ spēs nō potest esse vaga sub genere. q̄m est semper determinatū genus quod est de quidditate ipsi⁹ spēi.

Scienduꝫ tercio: ꝙ illa propositio sub nō solū dicit inferioritatē neqꝫ etiā solū ordinem. sed cū hoc dicit causam siue principiū positionis ꝛ ordinationis. que quidē positio speciei tota principiatur ex genere. q₂ nihil habet species quod nō accipiat ab ipso genere. Et per hoc soluitur argumētū quod fit de indiuiduo generis. q₂ gen⁹ non est tota cā aut p̄ncipiū sue positionis. q₂ aliq̄d habet qd̄ non accipit a suo genere. scꝫ principiū indiuiduatiōis. qd̄ capit a materia.

Sciendū quarto: ꝙ peripothetici predicte diffinitioni: q̄ dicitur. Spēs est q̄ ponit sub assignato genere. addiderūt illā ꝑticulam. ꝛ de qua genus in eo qd̄ quid est predicat. Nā spēs potest dupliciter cōsiderari. Uno mō ſm constitutionē ipsius a genere. ꝛ ex illo habet ꝙ ponat sub genere. Alio mō ſm ordinē essentialem quē habet ad genus quod est de intellectu spēi. ꝛ ex illo habet ꝙ de ipsa p̄dicet in eo quod quid est. Conclusio responsiua. predicta diffinicio spēi bū est assignata. qd̄ patet per conditiones bone diffinitiōis.

Dubitatur primo. quare post tractatū de genere nō ponitur tractat⁹ de dr̄a cum tū sit principiū essentiale spēi. Respōdetur ꝙ plures possunt assignari cause. quarū primā assignat textus ꝓpter correlationem generis ad spēm. ꝛ spēi ad genus. ideo dicit textus ꝙ necesse est in vtrorūqꝫ rōnibus vtrisqꝫ vti. Scda pōt eē q₂ genus actu ꝛ intellectu includit in specie et nō in differentia. q₂ differentia nō ꝑticipat genus. Tercia pōt assignari cā. q₂ gen⁹ ꝛ spēs in mō predicandi plus cōueniūt.

Dubitatur secundo: quare necesse est vnū diffiniri ꝑ reliquū. Cā ē. q₂ eē relatiuorū ē ad aliud se hr̄e. diffinitio autē eē rei indicat. Ubi aduertēdū ꝙ respectiua pn̄t tripl'r considerari. Uno mō inq̄ꝫtū sūt sil' natura. Scdo ꝯ inq̄ꝫ tū sūt ad inuicē mutuo depēdentia. Tercio mō iq̄ꝫtū illa q̄ sic referunt sūt ipsaꝫ relationem

que de ipsis ē ⁊ ꝑ quā referūt causantia. Prio nō necē est ꝙ in vtroqꝫ sit vna forma eq̄liter se habēs per quā dicant̄ simul natura. ⁊ illa forma ē ipsa relatio que accepta est vt vna seclusis terminis ⁊ indifferens. ⁊ hoc mō relatiua nō diffiniunt̄ ꝑ seinuicē. q꞉ sunt sil' natura. et diffinitio sꝑ notior ē diffinito. Scd̾o modo vtrūqꝫ relatiuoꝝ pōt eē notius ⁊ ignoti⁹. pri⁹ ⁊ posterius. Noti⁹ quidē cū est terminus dependentie. Ignotius ꝟo cū dependens sit ⁊ sic vtrūqꝫ ꝑ alterū diffinit̄. Sed si tcio mō ꝯsiderent̄ respectiua vnū bñ est cā alteri⁹. ⁊ nō econuerso. sicut pat̄ ē cā filij ꝑ actū generatōis ⁊ nō ecōtra ⁊ illud qd̾ gen⁹ est. est ꝓn^m huius qd̾ est spēs. ⁊ ita vnū pōt diffiniri ꝑ aliud ⁊ nō ecōtra. ⁊ ꝺm hanc distinctionē pōt dici ꝙ quedā relatiuoꝝ diffinitio ē sicut demōstrationis ꝓn^m. illa scꝫ q̄ dat̄ de relatiuis ꝺm ꝙ vnū est cā alteri⁹. Et alia diffinitio ē sicut ꝯclusio demonstrationis illa scꝫ ꝑ quā relatiua ꝑ seinuicē diffiniunt̄. nā ex h̄ ꝙ gen⁹ ē ꝓncipiū spēi cōcludit̄ ꝙ genus non est gen⁹ suiipsi⁹ sed spēi genus. ⁊ ex hoc ꝙ spēs ē ꝓncipiata a genere determinato cōcluditur ꝙ spēs nō est sui spēs. sed generis. Est tñ veꝝ ꝙ genus ⁊ spēs pñt seinuicē diffiniri qñ capiuntur materialit̄ ꝑ ꝓmis intētionib⁹. ⁊ h̄ in diuersis generib⁹ cognitionū ⁊ respectu diuersoꝝ.

Dubitat̄ secundo: quid ē participare. Respōdet̄ ꝙ duobus modis ꝑticipare sumit̄ Uno mō logicalit̄. ⁊ sic diffinit̄ in q̄rto thopicoꝝ. participare est in se ꝑticipatū ⁊ rōnē ꝑticipati suscipe. ⁊ hoc mō vt dictū est d̾ā nō ꝑticipat genus. sed spēs genus participat. Alio mō dicit̄ ꝑticipare realiter. ⁊ h̄ duplicit̄. Uno mō minus ꝓprie ꝓut idem ē ꝙ imitari ꝑticipatū. qñ scꝫ effectus nō capit rōnē efficiētis ꝺm vnā rōnē in specie. sed solū ꝺm quandā sil'itudinē virtutis sicut in differentib⁹ ꝑ se ⁊ equiuocis. Alio mō dicit̄ ꝓprie ⁊ sic ꝑticipare ē idē ꝙ ꝑtē actualitatis seu ꝓprietatis alicui⁹ realit̄ ⁊ formalit̄ accipe. sicut quodlibet calidū formaliter ꝑticipat calorē. non tñ totā actualitatē capit. al's esset calidū ꝑ essentiā. ⁊ hoc modo quodlibet ens dicit̄ ꝑticipare eē ⁊ materia formā.

Ad rationes dicendū: ꝙ due prime solute sunt. Ad terciā dr̄. ꝙ pūct⁹ nō ponit̄ in genere q̄ntitatis tāq̄ꝫ spēs sed tāqꝫ ꝓnci^m ⁊ terminus linee. ⁊ etiā tāqꝫ cōtinuatio ⁊ diuisio partiū eius.

Queritur decimonono. vtrū diffinitio spēi bñ sit assignata in qua dr̄. Spēs ē qd̾ ꝓdicat̄ de plurib⁹ differentibus numero in eo qd̾ quid est. Arguit̄ ꝙ nō. q꞉ speciei est alia bona diffinitio. ergo ista est superflua. Item ista diffinitio generi cōuenit. ergo ē insufficiens. In oppositū ē Porphiri⁹ in textu.

Sciendum primo. ꝙ prima diffinitio dat̄ de specie inq̄ꝫtū spēs est ꝺm habitudinem. scꝫ quā importat ad genus per modū inferioris siue subiecti. Sed pñs diffinitio datur de spē sumpta in rōne ꝓdicabilis ꝺm habitudinē scꝫ ad inferiora in quib⁹ est.

Sciendum secundo. ꝙ Auicenna in ista diffinitione addit istā dictionē exclusiuā solū dicendo de differentibus numero solū. excludendo ea que aliter differūt q̄ꝫ numero. ⁊ ꝑ h̄ excludit secūdā instātiā de genere factā. Sꝫ venerabilis dñs Albertus illam instantiā soluit dicens. ꝙ genus non imediate predicatur de pluribus differentibus numero. q꞉ nō participatur ab eis. nisi in quodam participante. scilꝫ specie. ⁊ hec respōsio melior ē. Posset etiā dici ꝙ equiuoce accipit̄ predicari de pluribus cum dicitur ꝙ genus ⁊ species predicantur de pluribus. quia cum diuisio sit causa multitudinis ⁊ duplex reperitur diuisio. scꝫ formalis que est ꝑ differētias formales. ⁊ materialis q̄ fit per differētias materiales. ita duplex ē multitudo siue pluralitas. scꝫ ml'titudo formalis specierū. ⁊ multitudo materialis indiuiduoꝝ ⁊ sic genus predicatur de pluribus differentibus formaliter. species vero de pluribus materialiter.

Sciendū tercio. ꝙ presens diffinitio soli speciei specialissime cōuenit. que immediate predicatur de pluribus differētibus numero in eo qd̾ quid est. Predicta vero diffinitio conuenit speciei subalterne. ⁊ etiam specialissime cū vtraqꝫ ponatur sub assignato genere.

Cōclusio rñsiua. ꝓdicta diffinitio spēi ē sufficiens. qd̾ patet ꝑ ꝯditiōes bone diffinitiōis.

Dubitatur primo. vtrū nomen speciei prius dicatur de specie specialissima q̄ꝫ subalterna. Arguit Auicenna ꝙ non. quia descendentis a genere generalissimo prius occurrit subalterna. ideo ꝑ prius de subalterna dicitur. Iteꝫ accipienti alicuius rei cognitionem prius occurrit in intellectu species subalterna. ergo videtur ꝙ nomen prius conueniat speciei subalterne. In oppositum arguitur. quia nomē speciei ad logicum translatum est per similitudinē quā habet ad acceptiōeꝫ speciei ciuilē. Sed species ciuiliter accepta ē pulchritudo rei cum ergo in specie specialissima semꝑ habeatur vel

sit maioꝛ pulchritudo q̄ꝫ in sbalterna. qꝛ spēs subalterna adhuc potētialis ē ⁊ diuisibilis ⁊ spēs spēalissima nō. sequit̄ ḡ ꝙ spēs spēalissima magis assil'at̄ acceptiōi spēi ciuili q̄ꝫ subalterna ⁊ per ꝯn̄s prius trāslatū est nomen spēi ad speciem spēcialissimā q̄ꝫ ad subalternā. ⁊ istud cōcedit̄ q̄ꝫuis in hac pte dicat dubitare se Auicēna. Et sic dr̄ ad rōnes an̄ oppo^m dubij. Ad p̄mā dr̄ ꝙ p̄oritas occursus in cōpositiōe rei. aut in cognitiōe nō attendit̄ in trāslatione nominis. sed sola sil'itudo ꝯsiderat̄. ideo vbi est maioꝛ sil'itudo ad illud ē p̄mo trāslatio.

Dubitatur secūdo: Utrum spēs in rōne p̄dicabil' pōt diffiniri. Ur̄ ꝙ nō. qꝛ Aresto. p͛io thopicoꝝ nō ponit spēalissimā spēm inter p̄dicata ppt̄ defectū subiecti. imo in ꝓbleumatibus dyalecticis solū subijcit̄ ⁊ nō p̄dicatur. ⁊ sic videt̄ ꝙ nō hēat rōnem p̄dicabilis sed sbijcibilis tm̄. Et h̄ ꝯfirmat̄. qꝛ spēs sb se nō habet nisi indiuidua q̄ sunt sensibilia ⁊ infinita. ⁊ etiam relinquēda ab arte ⁊ sciā. ḡ non habet subijcibilia. ⁊ iō in spē spēalissima iubet Plato quiescere ergo videt̄ ꝙ nō pōt habere rōnem p̄dicabilis. Ad dubiū rn̄det̄ ꝙ spēs spēalissima hꝫ rōnē p̄dicabilis ⁊ in rōne p̄dicabilis diffiniri pōt diffinitōe posita in titulo questionis. ꝓbat̄. qꝛ oē vniuersale p̄dicabile est. imo vniuersale inq̄ꝫtū vniuersale nō hꝫ rōnem sbijcibilis sed predicabilis tm̄. sed spēs specialissima est vniuersale. ergo sequit̄ ꝙ est p̄dicabile. Maioꝛ patet. qꝛ vl'e inq̄ꝫtum huiusmodi dicit vnū in multis ⁊ de multꝭ. ḡ vl'e inq̄ꝫtū vniuersale nō dicit aliquē respectum ad aliqd̄ superi⁹ qd̄ sit in eo. ⁊ ꝑ ꝯsequēs inq̄ꝫtū vniuersale nō importat rōnem subijcibilis ḡ ⁊c̄. Et ad primā rōnē dicit̄ negando ꝯsequentiā. qꝛ ad h̄ ꝙ aliqd̄ sit p̄dicatū requirit̄ ꝙ subiectuꝫ habeat de quo possit terminari ꝓbleuma dyalecticū ꝑ ꝯsideratiōes thopicas que sunt maxime vniuersales. ⁊ nō dant̄ de singularibus. ⁊ ideo in oī ꝓbleumate dyalectico subijcit̄ species. Et ad ꝯfirmationē dicit̄ ꝙ indiuiduū pōt dupliciter considerari. Uno mō vt est res nature cōmunis in qua stat nature ipsius fluxus que ē essentialis diffinitio indiuiduoꝝ. ⁊ sic significat̄ indiuiduū dicendo aliquis homo. aliquis bos. ⁊ hoc mō cadunt indiuidua sub arte rōne nature specifice que in ipsis est et subijciunt̄ spēi. Alio modo possunt considerari ex pte materie signate ⁊ accidentiū indiuiduantiū. ⁊ hoc mō indiuidua infinita sunt infinitas habentia differētias. ⁊ relinquenda sūt ab arte ⁊ scientia. ⁊ significant̄ per nomina discreta. qꝛ per accidētia indiuiduātia fit discretio vnius ab altero. ⁊ ex hac pte nō sbijciuntur speciei. Et cū allegat̄ ꝙ in spēalissimis iubet plato quiescere. Respōdet̄ ꝙ hoc ideo est. qꝛ in ipsis terminat̄ ꝓcessus formalis. qui ē ꝑ diuisionē factā ⁊ differētias formales. ⁊ incipit nouus processus scꝫ materialis qui fit per differentias materiales ⁊ penes diuisionē materie. que quidē diuisio materie fit per accidentales differentias que nō possunt cōprehēdi sub arte. qꝛ infinite sunt. ⁊ ideo etiā relinquenda sūt indiuidua ab arte ex parte illarū differentiarū qꝛ infinita sunt. Ad rōnes in oppositū dicendū ꝙ soluunt̄ ex dictis.

Queritur vtrum vniuersalia intermedia in vnoquoq̄ꝫ predicamēto duas habeant habitudines ⁊ extrema vnā solā. Arguitur ꝙ nō. qꝛ intermedia sunt vniuersalia. vl'e autē ē predicabile. p̄dicabile ṽo dicit solū habitudinē ad subijcibile qd̄ est inferius sibi. ḡ intermedia solū habent vnā habitudinē. Secundo arguit̄. Spēs spēalissima est vnum de extremis. ⁊ tamen habet habitudinē ad genus. s̄m quā species siue subiectū dicit̄. ⁊ etiā habet habitudinē ad indiuidua s̄ꝫ quā vniuersale seu p̄dicabile dicit̄. ergo duas habet habitudies. In oppositū est Poꝛ. in p̄nti libꝛo.

Sciēduꝫ primo ꝙ in vnoquoqꝫ predicamēto necesse ē vnū sup̄mū esse quod generalissimū dicitur. ⁊ plura spēalissima. et plura intermedia que subalterna vocantur. Cui⁹ ratio est. quia ascensus fit per collectionē que est multoꝝ in vnū. sed descensus fit per diuisionē que est vnius in plura particio.

Sciendū secundo: ꝙ supremū in quolibet p̄dicamento ideo vocat̄ generalissimū. qꝛ nō habet supra se genus superueniens. sed infimum dicitur specialissimum. eo ꝙ non habet sub se aliquod cōmune qd̄ diuisibile sit in partes subiectiuas.

Sciēduꝫ tercio. ꝙ in vnoquoqꝫ predicamēto reperit̄ generale generalius generalissimū. speciale speciali⁹ specialissimū. Cuꝫ enim hec intētio generꝭ dicat ordinē inferioꝛis ad superioꝛa. q̄nto ergo ad plura superius ē tāto generalius est. Etiā hec intētio species dicit ordinē inferioꝛis ad supius. ideo q̄ꝫto aliquid inferius est tanto spēalius est.

Sciendū quarto: ꝙ in vnoquoqꝫ predicamēto illa q̄ sunt int̄ p̄^m qd̄ generalissimū dicit̄. ⁊ infimū quod specialissimuꝫ dicit̄ sunt media ⁊ que sunt eadē in substātia ad aliud ⁊

ad aliq̄d tñ ꝯparata sunt genera ⁊ spēs ⁊ hec vocant̄ subalterna nō capiēdo sbalternū vt soluz dicit aliqd sub alio natū. sed vt ꝺ͛ illud qd̄ sbalternatiꝫ ordīe supioris ⁊ inferioris formaliter positū est. ⁊ ista que dicta sunt declarat Porphirius faciens arborē quādā pdicabiliū de genere sbstantie ⁊ cōformiter possit fieri de alijs predicamentis. que quidē arbor clare pōitur in textu et etiā a Petro hyspano. si vero dicat aliqs ꝙ sit repugnātia in adiecto dicēdo genus subalternuz qꝛ genus ꝺ͛ suppositionē subalternū vero suppositiōꝫ. Respōdet̄ ꝙ nō est repugnātia qꝛ ab alio hꝫ aliqd̄ qd̄ est genꝰ ⁊ ab alio ꝙ sit subalternū. dicit̄ eñ genꝰ per habitudinē quā habet ad inferiora ⁊ subalternū per habitudinez ad superiora.

Conclusio Inter media habent duas habitudīes extrēa vero vnā solā. cōclusio satꝫ patꝫ ex dictis. Et si obijciat aliqs ꝙ sbā q̄ ē genus generalissimū hꝫ hītudinē ad aliqd̄ superius. s. ad ens Respōdet Porph. ꝙ ñ habet hītudinē ad aliqd̄ supius qd̄ est genus quia ens nō ꝺ͛ vniuoce ꝺ͛ decē pdicamentis.

Dubitatur Utrum intermedia int̄ genus generalissimū ⁊ spēꝫ spēalissimā in aliq ordine predicamētali sint media eodē mō sic colores medij p pticipatōꝫ extrēoꝝ. Respōdet̄ ꝙ ñ ymmo multiplex est ꝺñtia inter hec media et illa. Pria ꝺr̄na. qꝛ colores medij causant̄ ⁊ pncipiātur a pncipijs ⁊ cāis extrēoꝝ. iō ꝺm naturā posteriores sunt vtroqꝫ extrēo. ⁊ dicūt̄ media p pticipatōꝫ vtriusqꝫ extrēoꝝ. Media aūt inter gñalissima ⁊ spēalissima nō causantur ab vtroqꝫ extremo. iō non sunt posteriora vtroqꝫ nec debent dici media p pticipatōꝫ vtriusqꝫ sed debent dici media positōe ⁊ ordīe inter extrema qꝛ qd̄libet mediū est in suprēo vniūsaliter. ⁊ in ipo medio ē vl'iter illud qd̄ ē posterius eo. ⁊ iō supremum est principiū medij. ⁊ mediuꝫ ē pncipium postremi. Alia drña est. quia colores medij nō pticipant extrēos eēntialit̄. sꝫ solū per quādā mixtōꝫ causaꝝ extrēoꝝ. Sed medium inter gñalissimū ⁊ spēalissimū eēntialiter participat gñalissimū ⁊ pticipat̄ a spēalissimo.

Dubitatur q̄lis diuisio est cum dicit̄ genus diuidit̄ in genꝰ gñalissimū ⁊ sbalternū ⁊ sil'r querit̄ de diuisione spēi. Respōdet dominꝰ Albertus ꝙ est diuisio subiecti in accñtia qꝛ gñalissimū ⁊ sbalternū noīant rōes accidentiū suppositionis ⁊ suprapositiōis in tali ordine pdicabilium

Dubitatur Utꝝ ab eodē habeat species ꝙ dicat̄ spēs ⁊ ꝙ dicat̄ spēalissima vl' ꝙ dicatur pdicabile de pl'ibus nūero ꝺr̄ntibꝰ. Rñdet̄ ꝙ nō. qꝛ ꝺ͛ spēs ex eo ꝙ ipi gñi supponitur. ⁊ ꝺ͛ spēalissima ex eo ꝙ sibi non supponit̄ spēs sed ex eo ꝙ ꝺm totā sbaꝫ ⁊ ꝺm ptātem est in quolibet indiuiduo ⁊ ml'tiplicabil' nūeralit̄ p materie diuisionē ⁊ tota sba cuiuslibet indiuidui exñs hꝫ ꝙ pdicet̄ de pluribus ꝺr̄ntibus numero in eo quod quid est.

Dubitatur Utꝝ species specialissime pñt eē infinite. Rñdet̄ ad dubiū ꝙ a Porph. ꝺ͛ ꝙ gña sunt in nūero finito ⁊ ꝺm naturā ⁊ q̄ ad nos. sunt eñ decē in nūero ⁊ oē pdicabile pprie dictū sb aliq ipoꝝ contineē ⁊ non pñt ista reduci ad aliqd̄ cōe vniuocū. iō vt hꝫ textus qꝫuis genꝰ logicū habeat in multis similitudinē cum genere ciuili non tamen in omnibus ⁊ ad istā pprietatē repitur dissimilitudo. quia i ciuilibus oēs geniti pñt reduci ad vnū prēm sꝫ nō oēs spēs possunt reduci ad vnū genus. Cōseq̄nter ꝺ͛ textus ꝙ spēs necessario sunt in maiori nūero q̄ꝫ gña. qꝛ descendens a gñalissimo ad spēalissimū descēdit diuidēdo non sūt tamē ꝺm naturā neqꝫ potētia neqꝫ actu infinite. sꝫ bñ sunt infinite q̄ ad nos. Et si querat̄ quare non sunt infinite ꝺm naturā nec pñt eē infinite. rō ē qꝛ nullū est genꝰ cuius potestas est infinita. qꝛ generis potestas formalis est ⁊ nō material'. iō per ꝺr̄ntias formales diuidit̄ p q̄s ꝯstituūtur spēs. mō de rōne forme est finire. iō sub gñe non pñt eē infinite spēs. Ulteriꝰ ꝺ͛ Porphi. ꝙ indiuidua non sunt actu infinita. qꝛ vt habetur 3º phisicoꝝ. Impossibile ē esse aliqꝫ ml'titudinem actu infinitā sunt tñ infinita q̄ ad nos. qꝛ nos ñ ꝯgnoscimꝰ nūeꝝ ipoꝝ sūt eē infinita in potētia ꝺm naturā. Cuius rō ē. qꝛ multitudo indiuiduoꝝ fit p diuisionē materie. q̄ quidē diuisio materie fit p accñtia indiuiduātia q̄ accñtia cōia sunt. mō talia nō repugnāt eē infinita. ⁊ ꝺ͛ talibus ꝺ͛ ꝙ infinita vni accidunt. Et iō indiuidua ꝺm naturā pñt esse īfinita. ⁊ omnis ars quia refugit infinitū qd̄ ē incōprehensibile. iō descendentē a generalissimis ad spēalissima iubet plato quiescere.

Ad rationes Ad primum dicitur ꝙ inter media nō sunt solū pdicabilia. sed etiam sbijcibilia. ⁊ inq̄ꝫtū sunt subijcibilia nō debent dici vl'ia Ad secundā ꝺ͛. ꝙ spēs ad indiuidua bñ habet habitudinē predicabilis ꝺꝫ qd̄ patet ex dictis.

Queritur vtꝝ ens sit genus ad decem pdicamenta. Arguit̄ ꝙ sic quia ens vniuersale

Q: xxj: v[trum] ens sit genꝰ ad decē predicamenta

respectu decē predicamētoꝝ. ⁊ nō est spēs vl' dif ferētia nec ꝓpriū nec accñs. ergo est genus.
Secūdo arguit. ens p̄dicat de s̄ba ⁊ accidente ⁊ nō accñtalit. g̊ s̄baliter ⁊ nō vt spēs vl' differē tia, ergo vt genus. Tertio arguit. ens predica tur de plurib⁹ dr̄ntib⁹ spē in eo qđ q̇d est vt de hōīe ⁊ de equo. g̊ est genus. Quarto arguitur ens est vniuocū ad s̄baꝫ ⁊ accñs. ergo est genus. Añs ꝓbat. q2 qñcūqꝫ intellectus noster certus est de vno ⁊ dubius est de alio necessario ē ali⁹ concept⁹ s̄m quē est certus ⁊ alius s̄m queꝫ est dubius. sꝫ intellect⁹ nr̄ cert⁹ est ꝙ s̄ba ē ens sed dubius. an q̄ꝫtitas sit ens qđ est s̄ba. g̊ necessa/ rio conceptus entis est alius ⁊ ali⁹ a ꝓprio cō/ ceptu s̄be. ⁊ a ꝓprio ꝯceptu accñtꝭ. ⁊ ille ꝯceptus entis vnus est cōis ad s̄bam ⁊ accñs g̊ ens est genus vniuocū ad s̄baꝫ ⁊ accñs. Probat hoc idē q2 intellectus nr̄ nō pt̄ venire in conceptuꝫ s̄be nisi p remotōꝫ accñtis. g̊ necesse ē ponere s̄b stātiā ⁊ accñs hr̄e vniuocatōꝫ in aliq̇ cōi. Cō/ seq̄ntia tenet. q2 īpossibile est nr̄m intellectum venire de cōceptu vnius in ꝯceptū alteri⁹ nisi il lud ex q̊ deuenit ī alteꝝ cōtineat eēntialiter l' ha beat vniuocatōꝫ cū ip̄o. sed accñs non continet s̄bam eēntialiter. ergo oportet ꝙ vniuocet cum substantia. Et assumptū ꝓbatur. q2 si ꝯuenire mus in conceptū substātie p ꝓpriū esse seq̄ret ꝙ nos possemus iudicare de p̄ntia ⁊ absentia s̄b stātie in sacram̄to altarꝭ qđ f'lm ē ⁊ iste sūt due rationes fortiores q̄s adducit. Scotus tenēs vniuocatōꝫ entis ⁊ adhuc p̄ria fortior est. In oppositū ē Por. in p̄nti capit'lo de spē sic dicēs Neqꝫ eīm est vnū genus commune oīuꝫ ens ne qꝫ oīa eiusdē generis sunt s̄m vnū supmū ge/ n⁹. ⁊ allegās Arestotelē subdit ꝙ si quis oīa entia vocet equiuoce nūcupabit ⁊ non vniuo/ ce. Pro breuiori respōsione ad quesitū ponit.

Conclusio prima Ens non dicit vni/ uoce de s̄ba ⁊ accñte. Probat q2 ens imponitur ab actu eēndi. sed act⁹ eēndi nō ꝯuenit equalit substantie ⁊ accñti. q2 substātie prio ⁊ simplici ter cōpetit accñti vero p posteri⁹ ⁊ s̄m q̇d et per substantiā ⁊ in substātia. ergo ens nō dr̄ vni/ uoce de substantia ⁊ accidente. Secundo arguitur vt Porphiri⁹ arguit. si ens vna ratō ne diceretur de substantia ⁊ accñte. sequeretur ꝙ oīa essent vnius generis. ⁊ per ꝯñs oporterꝫ ꝙ omnia essent substantie vl' ꝙ omnia eēnt ac cidentia qđ f'lm est. Itē si ens diceret vna rōe de substātia ⁊ accñte. sequit qđ aliq̇d substan/ tie p eandē rōꝫ. q̄ est in s̄ba eēt in accñte. ⁊ sil'r ꝙ aliq̇d qđ ē in accñte eēt in s̄ba. ⁊ ita substan/ tia nō solum esset ens per se. ymo esset etiam ens in alio. ⁊ accñs non solū esset ī alio ens. ymmo etiā per se esset ens. Ex hac conclusiōe sequitur ꝙ ens de accñte nō predicat predicatōe generis cum nō sit vniuocū. sed predicatione analogi quod sic ꝓbant ph̄i arabes quia bene sequitur si corpus aīatum est corp⁹ est. ⁊ si corpus ē s̄b/ stantia est. sed nō sequitur si substātia est. ergo ens est. g̊ ens predicatur de substantia predica tōe generis. Tenet consequentia. quia siue ali/ quid sit ens siue non. semper genus sequit ad positionem speciei cum sit de intellectu ⁊ ratōne ipius. ⁊ iō non intelligitur spēs quin intelliga tur genus. Sed posita substantia non ꝓpter hoc ponitur ens. ergo ens non est genus. Naꝫ cū ens absolute dicitur non intelligitur ens ni si actu existens. Posset tñ nūc fieri distinctio ꝓ us facta de ente sed pro nūc supponitur. Si ta men ens significet eēntiā cui accidit actu eē ista bene esset vera substantia est ens dato qđ sub/ stantia actu nō existat. Et cū sic predicat đ sub stantia predicatur vt idē cū ea. ⁊ sil'r cū predica tur de alijs generibus. quia illo mō ens dictuꝫ diuiditur in decem genera nō tamen p differēti as formales. sed per modos essentiales ⁊ intri secos. ⁊ sic predicat vt idē cum aliquo genere. qñ de ip̄o predicatur. ideo non proprie predi catur substātialiter neqꝫ accñtaliter. quia nō ꝓ prie predicatur. ⁊ p hoc soluitur scđa ratio an oppositūꝫ ⁊ etiā tertia. quia cū ens predicatur de homine ⁊ de equo p̄dicatur vt idē cū substā tia. si vero p̄dicaret de differentib⁹ specie diuer soꝝ generum nō predicaretur vniuoce sꝫ ana/ logice. sic neqꝫ vniuoce predicatur de substātia ⁊ accñte. sed analogice quia substantia veriori mō dr̄ ens quocūqꝫ mō capiēdo q̄ꝫ accñs.

Conclusio secunda. Ens non dicitur pure eq̇uoce. sed analogice de substātia ⁊ accñte Probat prio autoritate ph̄i q̄rto methaphi/ sice dicētis ꝙ ens multipl'r dicitur sꝫ ad vnum quādā naturā. ⁊ ꝓbat autoritas ratōne quia entiū est naturalis ordo ⁊ respectus ad vnū ꝓ/ mū ⁊ ad vnā naturā. s. substantiam in q̄ ⁊ a q̄ hn̄t alia qđ dicūtur entia. Naꝫ accñs nō dicit ens simpliciter. sed soluꝫ dicit ens. quia entis vel mensura vel dispositio vel alia aliqua ha/ bitudo. ergo ens nō dicitur pure eq̇uoce. sꝫ per analogiā siue ꝓportionē. ideo dicit Arestote. quarto methaphisice ꝙ ens dicitur de entibus sicut sanitas de sanis q̄ dicitur per analogiam quam habet ad veram sanitatem que est in aīa li ⁊ que in vrina ⁊ que in medicina ⁊c̄.

Cōclusio tercia. Ens nō est genus ad decē pdicamēta. Patz. q̄ꝛ genus vniuocū est ad suas spēs. ⁊ ad ipas ꝑ drñas formales sibi extraneas ꝯtrahit̃. q̄ enti nō ꝯueniūt. igit̃. ⁊c̃. Nihil est em̄ quod rōem entis subterfugere possit. ideo ens non pt cōtrahi ꝑ differētias sibi extraneas. sꝫ cōtrahit̃ ad decē predicamenta ꝑ modos essētiales ⁊ intrinsecos qui non ponunt in numerū nec ẜm rē nec ẜm rationem cōtra ipm ens. ideo dicit phus tercio metaphisice. ꝙ ens statim efficit̃ substātia ⁊ accidēs. quia nō ꝯtrahit̃ ad subāz ⁊ accñs ꝑ aliqđ extra ipꝫ existēs. ⁊ illi mōi intrīseci sūt ꝑ se esse ⁊ in alio esse. ⁊ ille modus. s. in alio esse adhuc non reperitur vniuoce in nouē generibus accidentis. iđo ens nō dicitur vniuoce de ipis. ⁊ generaliter rebus diuersorum predicamentorum nihil est commune vniuocum.

Ad rationes ante oppositū Ad primā conceditur ꝙ ens est vniuersale communit̃ dictū. sꝫ nō est vniuersale ꝓprie dictū. scđa ⁊ tercia rōes solute sūt. Pro solutōe q̄rte ratōis ē aduertēdū. ꝙ ponētes analogiam entis diuersificati sunt. quia ẜm quosdā entis nō est vn⁹ simplex cōceptus alius a ꝓprijs ꝯceptib⁹ decē generum. sꝫ est vnus sol⁹ ꝯceptus vnitate ordinis ⁊ ꝓportōis ad p̄mū sbiectū qđ ē substantia. et ita tot sunt conceptus entis quot sunt genera entis. ẜm vnū ꝯceptum vnitate attributōis et ꝓportionis vt dictū est. sub q̄ vnitate h̄ nom̄ ens significat decem genera. ⁊ tunc respondent isti ad rationē. ꝙ ꝯceptus decē generū duplicit̃ accipi p̄nt. Uno mō ẜm distictionē quā habēt ad inuicē ⁊ hoc mō de hmōi ꝯceptibus dubi⁹ est intellcūs. an. s. q̄ntitas vl' sbstātia sit ēs aut nō ens. Alio mō p̄nt ꝯsiderari ẜm attributōez ⁊ analogiā quā h̄nt ad inuicem. ⁊ ad vnum p̄mū. ⁊ hoc mō intellcūs certus est ꝙ quantitas est ens. ⁊ ꝙ substantia est ens. Alij vero sic ponunt analogiā dicētes. ꝙ ētis ē vnus simplex ꝯceptus ⁊ cōis p̄ter ꝯcept⁹ ꝓprios decē generū q̄ significat̃ ꝑ h̄ nomē ēs. Sꝫ nō ꝑticipat̃ nec ꝑticipabil' est vniformiter a suba ⁊ accñte. ⁊ ita ad rōez dicēdo ꝯcedūt ꝙ alius est ꝯcept⁹ ꝓprius sube a ꝯceptu accñtis. sꝫ est vn⁹ ꝯcept⁹. non tamē vnitate vniuocationis. sed analogie. q̄ꝛ nō est vniuersaliter vniuoce ꝑticipabil'. Ad vltimā siue scđam scoti ꝓbationē dicitur q̄ fit de accidēte. q̄ꝛ hoc determinare phisici ē, negat̃ tñ ꝯsequētia. q̄ꝛ accñs ex quo est effect⁹ substantie ⁊ attributionē habet ad substātiā quodāmodo ⁊ virtualiter ꝯtinꝫ substātiam. ⁊ maxime accidēs ꝓpriū. cuius principia adequate sūt principia subiecti. Et ideo ex cognitōe accñtis proprij possumus deuenire in cognitōez substātie absqꝫ hoc ꝙ ponēda sit vniuocatio substātie ⁊ accidētis in ente.

Queritur consequēter: Utruꝫ diuisio generis sꝑ sit in plures species. Arguit̃ ꝙ nō q̄ꝛ vniuersale diffinit̃ ꝑ aptitudinē eēndi vnū in mult̃. ergo ad hoc ꝙ aliqđ sit gen⁹ nō oportet ꝙ habeat plures spēs sub se. Scđo arguitur. si soli eēnt hoīes ⁊ nō alia animalia. adhuc hic eēt ordinata predicatō gener̃ de spē. dicendo hō est animal. ergo diuisio generis non sꝑ necc̄ario fit in plures species. Tercio arguitur ad eē spēi sufficit vnicū indiuiduū. ergo a simili ad eē generis sufficit vnica spēs

In oppositū est Por. sic dicēs. Semꝑ em̄ in plures species diuisio gener̃ est.

Sciendum primo. ꝙ descendentem a generalissimo ad specialissima. necesse ē per diuisionem in multitudinē ire. cū talis descēsus fit ꝑ diuisionē. diuisio aūt q̄ fit ꝑ opposita ē cā multitudinis ⁊ ecōuerso. necesse ē ascendētē a specialissimo ad generalissimū ꝑ collectōez mltarū specierū in vnū aliqđ ꝓcedere. q̄ꝛ illud qđ cōe est sꝑ est collectiuū multoꝝ. vt species colligit indiuidua ⁊ species in vnam naturā generis colliguntur. ⁊ quia genus cōmunius ē specie. iđ est magis collectiū ⁊ adunatiuū.

Sciendum secūdo. ꝙ q̄uis colligere ⁊ adunare sunt idē ẜm rem. differūt tñ ẜm rōnē. quia collectio incipit a mult̃. ⁊ terminatur ad vnū. ideo dicitur collectio multoꝝ in vnū adunatio. Sed adunatio īcipit ab vno ⁊ terminatur ad multa q̄ in vno vniuntur ⁊ vt magis videatur qualiter aliquid est collectiuum multorum

Sciendum tercio: ꝙ multi sunt modi collectionis. Est em̄ quedam collectio pluriuꝫ in vnū locum continentem tm̄. ⁊ nō vniētez. ⁊ hoc mō plures lapides dicūt̃ eē collecti in vnū aceruū. ⁊ q̄ꝛ nō est ibi ꝑfecta adunatio. iđ in talibus nomē collectiuū de ꝑtibus sue collectōis nō predicat̃. vt non dicitur ꝙ iste lapis ē aceruus Alia est collectio sb vno mouēte. ⁊ ad vnū finez. vt est collectio exercitus sub vno p̄ncipe ad vnū finē. qui est victoria. ⁊ ibi est maior adunatio q̄ꝫ in precedenti. tñ adhuc nō est perfecta. ideo nō predicatur nomē collectiuū de ꝑtib⁹ sue collectōis. vt nō dicitur ꝙ vn⁹ miles sit exercitus. Alia est collectio ꝑtiū integraliū in vnā figurā quātitatis ꝑfecte. vt ꝑtes dom⁹ colligūtur in vnam figurā dom⁹. Sꝫ q̄ꝛ hec for/

ma siue figura nō est in ꝑtibus diuisim sȝ con iunctim sūptis. ideo nō ꝑdicatur nomen colle/ ctiuū de ꝑtibus diuisim sūptis. Unde hec nō est vera. paries est domus. Alia ē collectio plu riū potestatū sub vno toto potestatiuo sic po/ testates ducū ⁊ baronū colligūtur sub potesta te regis. ⁊ adhuc ibi nō est ꝑfecta adunatio. qꝛ totū potestatiuū nō est ſm totā potestatē in q/ libet ꝑte. iō non ꝑdicat̄ de qualibet ꝑte. sicut nō dꝛ. dux ē rex. ⁊ sic in istis collectionibus non ē vnio simpliciter ꝑfecta partiū in forma totius quia forma totius non saluatur tota in q̄libet parte. q̄re nō predicatur de q̄libet ꝑte. Sȝ alia ē collectio simplicit̄ ꝑfecta. q̄ scȝ forma totius ꝑfecte colligit ⁊ vnit ꝑtes. sic ꝙ est tota in q̄libet ꝑte. vl' ſm essentiam ⁊ potestatem sicut spēs vl' ſm essentiā ⁊ non ſm totā potestatē. sicut ē ge nus. ⁊ iō talis forma ꝑdicatur de suis ꝑtibus diuisim sūptis. Et q̄uis genus sit pluriū col/ lectiuū ⁊ adunatiuū q̄ȝ species ē tn̄ species ma/ gis ⁊ ꝑfectius q̄ȝ genus. qꝛ ſm totā essētiā ⁊ po testatē ē in qualibet ꝑte. Et sic patet qualit̄ ge/ nus est collectiuū pluriū specieꝝ. ⁊ species indi uiduoꝝ. ⁊ qualiter ītelligit̄ illud qd̄ dicit text⁹ ꝑticipatōe spēi plures homines sūt vn⁹ homo nō em̄ sūt vnus homo vnitate numēali siue in diuiduali. sed sūt vnus homo vnitate speciei ⁊ non numerali

Cōclusio Diuisio generis semꝑ est in plures species. Probatur. qꝛ diuisio gener̄ fit ꝑ dr̄ias formaliter oppositas. opposita autē nō pn̄t formal'r eē actu in eodē. ergo oīs diui/ sio generis fit in plures species

Dubitatur. Utrum species de genere ⁊ indiuiduū de specie predicetur. Uidet̄ ꝙ sic. qꝛ iste sūt vere. aliqd̄ aīal est hō. ⁊ aliq̄s homo est sortes. Oppositū tn̄ dicit textus. Ad dubi um dicitur cum textu. ꝙ neq̄ȝ species de genere. nec indiuiduū de specie directa ⁊ ordinata pre dicatione ꝑdicantur. Cuius ratio ē. quia in ꝑ dicatione ordinata oportet ꝑdicatum eē actu in subiecto. vl' tanq̄ȝ aliqd̄ de essentia ei⁹ vel tā q̄ȝ accidēs Sed species nō est actu in genere ne q̄ȝ indiuiduū in specie. ideo dicit text⁹. Opor tet aūt equa de equis ꝑdicari vt ꝓpriū de subie cto. ⁊ maiora de minoribus. miora vero de ma ioribus minime Et ad obiectionē dꝛ ꝙ ibi nō ē directa ⁊ ordinata predicatio.

Dubitatur. Utrū collectio septē acci/ dentiū indiuiduantiū sit de eēntia indidui Re spōdet̄ ꝙ sic. qꝛ a tali collectōe hȝ indiuiduum qd̄ ē in se diuisū. ⁊ diuisuȝ a quolibet alio. er/ go ē de essentia eius. Sȝ in contrarium argui tur. qꝛ si sic indiuiduū non eēt vnū ꝑ se. sȝ ma gis ꝑ accn̄s aggregatū. s. ex naturis diuersorū predicamentoꝝ. Ad dubium respondet̄. ꝙ idi uiduū de genere substantie materialis pōt du/ pliciter cōsiderari Uno mō sb̄stātialiter. ⁊ h̄ mō illa accn̄tia nō sūt de essētia eius. ⁊ isto mō non differt indiuiduū a spē nisi rōe sicut signatū et nō signatū. Alio° pōt accipi indiuiduū ꝓ illa discretione seu dimēsione ⁊ diuisiōe ab alteo ⁊ qꝛ hec discretō fit ꝑ talē collectōeȝ que nūq̄ȝ in alio eadē repiri pt̄. vt dicit textus. iō illa colle/ ctō est de essētia indiuidui hoc mō accepti. Et ꝑ hanc distinctionē soluūt̄ obiectōes facte ab vtraq̄ȝ ꝑte. ⁊ etiā soluitur dubiū. vtrū indiui/ duū in substātijs materialib⁹ addit aliq̄d rea le supra spēs. ⁊ similit̄ soluit̄ aliud dubiū qd̄ solet fieri. vtrū in ꝑdcis sb̄stātijs natūa ⁊ sup/ positū re aut rōe solū distinguātur.

Dubitatur. Utrum omnis ꝓprietas indiuiduo cōueniens sit incōicabilis. Respō/ detur ꝙ in indiduo sūt duplices ꝓprietates. q̄ dam sūt q̄ sibi cōpetunt rōe nature cōis. vt sor ti conuenit eē risibile. ⁊ tales ꝓprietates cōica/ biles sūt. Alie sibi conueniūt inq̄ȝtum discre/ tū est ⁊ incōmunicabile que etiā sequūt̄ collectō nem accidētium indiuiduantiū. ⁊ tales incō/ municabiles sunt.

Ad rationes ante oppositum. Ad pri mā dicitur. ꝙ ad hoc ꝙ aliquid sit genus suffi cit ꝙ aptū natū sit eē vnū in multis speciebus siue ille spēs sb̄sistāt in rerū natura siue nō. q̄a siue hō existat siue nō hec spēst vera. hō est aīal ⁊ ē ꝑdicatō generis de specie. ⁊ sic nō requiritur ꝙ habeat actu plures species in vltimo actu na ture. sȝ req̄ritur ꝙ habeat plures species actu lo quēdo de actu formali ⁊ specifico. ⁊ sufficit apti tudo ad eē existētie. quia in hoc ꝯsistit ille act⁹ formalis ⁊ specificus. Ad scdām dꝛ. ꝙ si in vltimo actu nature nullū eēt aīmal ab hoīe. ne q̄ȝ posset eē. aīal non esset gen⁹. ⁊ sic ꝑdicaret̄ de hoīe predicatione ydēptica Ad terciā dici tur. ꝙ nō est simile. qꝛ spēs ſm totam potestatē eius est in vno indiuiduo. genus vero nō po/ test eē in vnica spē ſm totaȝ potestatē ꝓpt̄ cau sā iam dictam.

Queritur. vtrum differentia vniuoce dicatur de differētia cōi. ꝓpria ⁊ magis ꝓpria

Arguit̄ ꝙ sic. quia dr̄ia cōis ⁊ ꝓprie dcā in textu appellantur differentie simpliciter ⁊ cū dr̄ia magis ꝓprie dicta etiā sit dr̄ia simplici ter ⁊ non ſm quid. sequitur ergo ꝙ dr̄ia eq̄li/

[19]

ter τ vniuoce dicatur de illis trib⁹ Scdo sic nomē differētie impositū est ad hoc. q̄ ē facere differre. sed ille effectus cuilibet differētie ꝯueīt ergo drña vno noīe τ vna rōe de illis tribus dr̄

In oppositū est Porphirius.

Sciendum primo Q ne multiplex in distinctū parat ꝯfusionem. Por. p̄mo manifestat multiplicitatē huius nōis differētia vt eliciat vnam. que ē vnū de quinqꝫ p̄dicabilib⁹. sicut fecit de genere τ specie. Sz nomē drñe p̄us fuit in vsu ph̄oꝝ q̄ꝫ in vsu ciuilit̄ loq̄ntiū cui⁹ tñ oppositū fuit de genere τ spē

Sciendum secūdo. Q licet multi sint modi differētiarū f̄m quos in textu ponuntur plures diuisiones. tñ oēs mōi τ oēs diuisiōes reducūtur ad tres modos vl' diuisiones differentie. quibus differentia diuiditur. s. in cōem ꝓpriā. τ magis ꝓpriā. Et aliȷ̄ mōi differētie cōtinentur sub istis tribus tanq̄ꝫ sūpti ab effectibus causarū illoꝝ trium modoꝝ. vt sat̄ videbitur in sequentibus

Sciendū tercio. q̄ drña communiter dicta est qua alterū differt ab alio accidente sepabili. vl' vt hꝫ textus alteritate quadā seu q̄/cūqꝫ mō se habēdi aliter ad seipm̄ in diuers̄ tp̄ibus. vl' ad alterū. Sz drña ꝓprie dicta dicit̄ q̄ vnū differt ab altero inseparabili accidente Differētia vero magis ꝓprie dicta dr̄. q̄ alteꝝ differt ab altero specifica differētia

Sciendum quarto. q̄ ordo inter istos tres modos dupliciter attēdi potest. Uno mō f̄m naturā ipsarū differētiarū. τ sic p̄ri⁹ drña dicitur de magis ꝓpria. deīn de ꝓprie dicta. et vltimo de cōi. Alio mō attēditur ordo quo ad nos. τ tūc euersus ē ordo. q̄r accn̄s cōe a q̄ su/mitur drña cōis p̄us venit in cognitionē no/strā. q̄ꝫ ꝓpriū. τ ꝓpriū q̄ꝫ differētia essētial' rei prius em̄ distinguimus res p̱ accidētia extēiora q̄ꝫ p̱ ꝓpria. τ adhuc p̄us p̱ ꝓpria q̄ꝫ p̱ diffe/rētias specificas essētiales.

Cōclusio. Drña non dicitur vniuoce sꝫ analogice de istis tribus differētiȷ̄s. ꝓbatur q̄r substātie τ accidenti nihil ē cōe vniuocum. Sz differētia magis ꝓpria facit differre substantialiter. alie vero accidentalit̄. ergo drña de ipis nō dr̄ vniuoce. Secunda ps patet p̱ vltimum notabile.

Dubitatur Quare drña sumpta ab accidente sepabili dicitur comunis. Respondet̄ q̄ nō dr̄ iō cōis. q̄r rebus q̄s facit differre cōit̄ insit. q̄r f̄m h̄ magis diceret̄ ꝯueniētia q̄ꝫ drña Sz dicitur cōis. q̄r est in vsu vulgariter loq̄ntiū tāq̄ꝫ cōiter nota apud oēs.

Dubitatur Quare differentia sumpta ab accn̄te insepabili ꝓpria dr̄ Respondet̄ q̄ pt dici ꝓpria ideo. q̄r hāc drñaꝫ ꝯgnoscere ꝓprium est sapientibus rōe vigentibus. q̄r non ita ꝓmpte se obȷ̄cit sēsui extēiori sicut drña cōis ideo nō est in vsu communi omniū hominū sicut illa potest etiā dici ꝓpria. q̄r tale accn̄s a q̄ sumitur in subiecto ē p̱ causā imobilē. aut sal/tē cum difficultate mobilē. τ in hoc mag̃ acce/dit ad drñaꝫ magis ꝓpriā q̄ꝫ drña cōis.

Dubitatur A quo accidente separabili sumitur drña ꝓpria. Respondet̄ q̄ sumitur tā ab accn̄te insepabili qd̄ ꝓpriū dr̄. τ fluit ab essētialibus p̄ncipȷ̄s speciei. τ est oīno imobile q̄ꝫ etiā ab accn̄te insepabili. qd̄ nō ē tm̄ ex p̄ncipȷ̄s eētialib⁹ spēi. sꝫ ex p̄ncipȷ̄s ꝯplexionalib⁹ naturalib⁹ idiuidui. cuiusmōi est symitas vl' aq̄linitas. τ tale accn̄s dr̄ isepar abile mō iā dicto. Sz drña ꝓpria sūpta ab accn̄te isepa/bili. qd̄ ē ꝓpriū magis accedit ad verā naturā drñe q̄ꝫ illa q̄ sumitur ab accidente inseparabili cōi. q̄r accidentia ꝓpria q̄ fluūt ab eētialib⁹ p̄ncipȷ̄s spēi magnam partē conferūt ad cog/noscēdū qd̄ quid est. vt habetur in ꝓhemio de aīa. τ iō vt in pluribus drñas specierū nob̄ ignotas in noībus ꝓprȷ̄s nos circūloq̄mur per huiusmōi accidentia ꝓpria.

Dubitatur. Qualiter idem dicitur differentia τ accidens. Respōdet̄ q̄ hoc f̄m diuersā ꝯsideratōeꝫ est Nā si accipiat̄ in habitudine ad subiectū absolute dicit̄ accn̄s. si vero ꝯside/tat̄ ꝓut subiectū in quo est p̱ ipꝫ ab alio differt dicitur differētia Simil'r drña magis ꝓpria τ spēs τ hoc nomē forma ab eadem re sumuntur diuersimōe ꝯsiderata. Nā illud qd̄ est forma triplicit̄ ꝯsiderari pōt. Uno mō vt ē infor/mās τ subaꝫ faciēs. τ sic forma dr̄. Alio° ꝓut formatū p̱ ipaꝫ ē in certa spē. τ in certo gradu eētis ꝯstitutū. τ sic dr̄ spēs. Alio mō ꝓut constitutū p̱ ipam cōpatur ad aliud. vt ab eo p̱ ipaꝫ drñs. τ tūc dicitur differētia

Dubitatur. Quō intelligitur illud dictū Porphirȷ̄. q̄. s. drña cōis τ ꝓpria dicūtur simpl'r drñtie. Rūdet̄ q̄ ibi accipit̄ simpl'r nō vt opponitur ei quod sit idē quod p̱fecte. sed accipit̄ vt idē ē q̄ sine plica siue sine addito. q̄r nomē drñe hn̄t. τ nō hn̄t verā rōeꝫ sicut iterdū ens f̄m q̄d dicit̄ ens simpl'r. nō q̄r hꝫ rōeꝫ p̱ se p̱fecti entis ꝯstituētem ipꝫ in certo gradu. sed dr̄ ens simpl'r sine determinatōe alicui⁹ Sicut iterdū d̄ hoīe ydeota. q̄ nō ē bon⁹ neqꝫ mal⁹ mo

raliter dicimus q̄ est vnus simplex hō. q2 nomē hois pͥcipat ꝛ non hois opationes

Ad rationes ante oppositum. Prima soluta est Ad secūdam dr. q̄ ille actus qui est facē differre nō ꝯuenit eodem mō ill' tribus drn̄tijs. sz simplicit ꝯuenit mag' ꝓprie drn̄tie alijs vero ẜm q̇d. ꝛ adhuc magis ꝓprie ꝯueit drn̄e ꝓprie q̄ȝ communi.

Queritur. Utrū diuisiones differētie qua dr. Differētiarū quedā faciūt alid. alie alteratū. sit sufficiens Arguit q̄ nō. q2 ois differētia facit altēatū. vt dicit text' dicēs sic. vniuersaliter ergo ois drn̄a facit alteratuz cuilibet adueniens. ergo illa diuisio est insufficiēs In oppositum est Porphirius.

Sciendum primo. q̄ alteratū duob' mōis pt accipi. Uno mō large put. s. dicit quācūqȝ diuersitatē. siue essētialē siue accidentalez ꝛ hoc mō non accipitur in predicta diuisione. Alio mō accipitur ꝓprie vt est relatiuū diuersitatis accident'. ꝛ distiguitur cōtra alid quod ē relatiuū diuersitatis subē. ꝛ sic drn̄a cōit dicta. ꝛ etiā ꝓprie dicta. q2 sumūtur a forma accidentali faciūt alteratū. Differētia vero magis ꝓpria que sumit a forma sbstantiali seu essētiali facit aliud primo ꝛ formaliter. sz tamē ex cōsequēti facit alteratū effectiue. ꝛ nō formalit. q̇a ad differētiā essētialē rei sequūtur differētie accidentales. Aduertendū est tn̄ q̄ alterum put ē relatiuū accidentis adhuc dupl'r accipit. Uno mō ꝓprie. s. ꝑ alteratōne ꝓprie dicta que non ē ꝑ se nisi ẜm qualitates de tercia specie qualitatis. ꝛ isto mō drn̄a que sumit ab accidente non facit alteratum. Alio modo accipit alteratū cōmuniter. put dicit quācunqȝ diuersitatē accidentalem. ꝛ isto mō ois differētia sūpta a forma que nō est de essentia rei siue illa sit ꝓprium accidens siue non facit alteratū. ꝛ hoc modo sumitur drn̄a in diuisione presenti.

Sciendum secūdo. q̄ inter differētias facientes alteratū tm̄. ꝛ inter facientes alid ponit textus duas drn̄as. Prima est. quia ille q̄ faciūt aliud specifice vocantur. i. ipsam speciez faciunt. Sz facientes alteratum tm̄ simplicit differentie nominantur. accipiēdo simpliciter sicut in precedenti questione expositū est. Alia differentia. quia ẜm differētias facientes alid fiūt diuisiōes generū ꝛ ꝯstitutōes spērū ꝛ assignatōes diffinitionū q̇dditatiuarū. sz ẜm alias ista non fiūt. sz alteratio sola ẜm eas fit. q2 per eas aliquo modo fit ꝑmutatio. ꝛ accipitur alteratio large. put dictū est de alterato.

Sciendum tercio: q̄ textus ponit aliā diuisionē drn̄e sūptā penes cām differētiaruz q2 imediate p̄cedēs sumit ab effectibus. Est ḡ tercia diuisio drn̄aꝝ. quedā sūt sepabiles ꝗdā insepabiles. Insepabiles vero hnt cām firmā stātem in illo in quo sunt vt sūt drn̄e mag' ꝓprie. que sumūtur a formis essentialibus rei et etiā drn̄e ꝓprie q̄rū quedā sumūt ab accn̄tibus ꝓprijs que sūt accn̄tia spēi. ꝛ iste sūt oino isepabiles Alie vero sumūtur ꝓpē ab accn̄te cōi qd̄ sepabile est ꝓpter cām quā hz in ꝯplexione sbiecti. q̄ stās est ꝛ ꝑmanēs. ꝛ iste drn̄e sūt cū difficultate sepabl'es. sed drn̄e sūpte ab accn̄te cōi frn̄te cāz d facili mobilē a sbiecto sepabl'es st̄.

Sciendum quarto. q̄ differētiarū insepabiliū q̄dā sūt ꝑ se ꝛ q̄dā sūt ꝑ accn̄s. ꝛ ē q̄r ta diuisio drn̄tie. q̄ est sbdiuisio vnius mēbri p̄cedētis diuisionis. Un̄ drn̄e ꝑ se sūt q̄ in rōe sbstātie ꝯcipiūtur. ꝛ faciūt aliud. vt sūt drn̄e magis ꝓprie. Drn̄e vero ꝑ accn̄s sūt q̄ nec in rōne subē ꝯcipiūtur nec faciūt alid. sz alteratū. ꝛ ibi accipit rō ꝑ sola diffinitōe q̇dditatiua. Unde q̄ȝuis accn̄s ꝓpriū qd̄ est accn̄s speciei ꝑ se p̄dicetur de spē. nō tn̄ ꝑ se p̄mo. sz ꝑ se scd̄o. q2 nō ē de ꝯstitutōe essētiali spēi. sz ꝯsequit eē subale cōpletū ꝛ ꝑfectū. ꝛ iō nō ē de diffinitōe q̇dditatiua spēi. licet sit de discriptatiua.

Sciendum quinto. q̄ drn̄arum quedam suscipiunt magis ꝛ minus. ꝛ quedam nō. ꝛ est quinta diuisio drn̄e posita in textu de q̄ videbit in sequēti articulo. Et sic patz q̄ sunt q̇nqȝ diuisiones differētie. q̄rū q̄ttuor vltime st̄ declaratiue modoꝝ diuisiōis p̄me. q2 sumunt vl' ꝑ causas vl' effectus vl' ꝓprietates illorum trium modorum.

Cōclusio. Predicta diuisio differētie est bene assignata. Probat q2 ois differētia sumitur a forma siue a causa q̄ differre facit. vl' ḡ sumit a forma essētiali. vl' a forma accidentali Si p̄mū. sic est drn̄a faciēs aliud si secunduz sic est drn̄a faciēs alteratum

Dubitatur. Utruz differentie ꝑ accidens suscipiāt magis ꝛ minus. ꝛ nō drn̄e ꝑ se.

Arguitur p̄mo q̄ nō omēs drn̄e ꝑ accn̄s suscipiunt magis ꝛ minus. q2 species numerorū ꝛ spēs q̄ntitatis continue q̄ a speciebus numeroꝝ denoiate sunt. ꝛ species figurarum que etiam a speciebus numerorum determinate sūt nō suscipiūt magis ꝛ minus. quia species numeroꝝ in indiuisibili consistunt. ergo neqȝ differentie ꝑ accidēs q̄ ab illis accidētib' sūpte sūt

[20]

Secūdo arguitur sic. differētie p accidēs sūpte ab accñte pprio qd nō habet ɔtrariū. vt risibile aut hinnibile. aut etiā ab accñte cōi si/ ue sepabili siue insepabili cū non habent ɔtra/ riū nō suscipiūt magis ꝛ minus. qꝛ intensio et remissio fiūt p sepationē ɔtrarij a ɔ̄rio. aut per pmixtionē cū ɔtrario. Itē homo eq̄liter ptici patur ab oibus hoibus. g̃ ꝛ risibile. ꝛ per ɔn̄s nō omēs drn̄tie p accn̄s suscipiūt magis ꝛ mi nus. Tercio arguit. q drn̄tie p se suscipi/ unt magis ꝛ minus. qꝛ vnus hō rōnalioꝛ ē al tero. nā vt dicit Aresto. q̇dam hoies sūt bestia les. ꝛ vitā pecudū eligētes. ſʒ rōnale est drn̄tia p se. ergo aliqua drn̄tia p se suscipit mag̃ ꝛ mi nus. In oppositū est Poꝛ. sic dicens. ille quidē drn̄tie q̄ p se sunt nō suscipiūt magis et minus. ille vero que p accidens sūt suscipiunt mag̃ ꝛ minꝰ p intēsiōeʒ ꝛ remissīnnē

Sciendum primo. q p differētiā p se intelligi debet magis pprie differētia. ꝛ p drn̄ tias p accidens intelliguntur omnes alie diffe rentie.

Sciendum secūdo. q p intentionē ali cuius forme vl' nature debemus intelligere ac/ cessū ad verū ꝛ pfectū nature terminum a quo causat ratio nois. ꝛ ex aduerso p remissionē de bemꝰ intelligē recessū a vero termīo nature in q̄ q̇dē recessu natura pmiscet ɔtrario. si cōtrariū habeat. ꝛ etiā immiscet puationi opposite sibi in termino omnino depurato a ɔtrario. Unde sicut augmētatio ꝛ diminntio dicūt maiora/ tionem ꝛ minorationem q̄ntitatis. ꝛ significā tur p hec aduerbia maius ꝛ minus. ita intēsio ꝛ remissio dicāt maioratōnē aut mioratōʒ q̄li tatū q̄ metaphorice q̄ztitates virtutis dicūt ꝛ significāt p hec aduerbia mag̃ ꝛ minus

Sciendū tercio. q duplex est forma quedā est forma sbstātialis. q. s. realiter ē de ge nere substātie. Et differētia sūpta a tali forma nō suscipit magis ꝛ minus de p se. Et rō huiꝰ ē qꝛ eē sbastātiale in indisibili ɔsistit. Alia ē for ma accñtalis. ꝛ hec est duplex. quedā est cuius spēs in idiuisibili ɔsistūt. q̄les sūt ille de q̇bꝰ ē facta obiectio dubij. ꝛ differētie sūpte ab illis nō suscipiūt magis ꝛ minus Alie forme sūt ac cidētales. q̄rū species nō sūt in indiuisibili. eo q nō sūt ex ipis ɔplete ꝛ pfecte terminate p p̄o termino ꝛ intrinseco. ſʒ termināt ad aliq̄d extrī secū. quo variato contingit in ipsis variatō. et istarū species nō ɔsistūt in indiuisibili. vt dicit Auicēna Et istarū cā remissiōis ꝛ itensiōis du plex repit. quedā em̄ hn̄t ɔtrariū cū q̄ pmisci/ biles sūt. ꝛ est tūc intensio p sepationē a cōtra/ rio. ꝛ h̄ ē qd dicit phus in tho. q albius ē qd est nigro impmixtius Alie vero sūt q̄ nō habet ɔtrariū. iō nō sūt pmiscibiles ad inuicem, neq̧ ab vna in aliā fit motus p se de ɔtrario in con trariū Sed causātur iste forme a subiect̃ in q̄ bus sūt. huiusmōi sūt forme accidētales a qui bus sumūtur differētie pprie. que ab habitu/ dinibus p̄ncipioꝝ essētialiū causāt. ꝛ sic in ist̃ formis est intēsio ꝛ remissio nō p se p̄mo. ſʒ ex consequēti. q̄ztum scʒ ad intensiōeʒ ꝛ remissio nē habitudis aptitudinis ꝛ dispositōis ipius subiecti. ppter qd ille hō risibilioꝛ est q̇ abilioꝛ est ad ammirādū. ꝛ q̇ minus abil' ē minꝰ aptꝰ ē ad ridēdū. ꝛ tales forme nō sūt p se intēsibi/ les. sicut ad eas nō est p se motꝰ. ſʒ sūt intēsibi/ les ꝛ remissibiles p accn̄s tm̄.

Cōclusio ad dubiū. differentie p acci dens q̄ sumūtur a formis quarū species in idi/ uisibili nō ɔsistūt suscipiūt magis ꝛ minus. et drn̄e p se nō. Prima ps pʒ. qꝛ in omni forma que est extra essētiā rei. nec ɔsistit eius eē natuē penitus in indisibili pt eē accessus ad verū na/ ture terminū. ꝛ ab eo recessus. ergo omis talis forma est intēsibilis ꝛ remissibil'. Tenet ɔseq̄n tia per ante dicta. Secūda ps patʒ. qꝛ differē tie p se sūt drn̄e sbales. qꝛ vniuscuꝰ q̧ rei cōplēt rōem significantem esse substantiale siue q̇ddi tatiuū rei. ſʒ eē sbstātiale siue q̇dditatiuū rei sp vnū. ꝛ idem est. neq̧ intēsiōem neq̧ remissiōem suscipiēs. vt hʒ textus. g̃ tales drn̄e nō suscipi unt magis neq̧ minus

Ad rationes Tres prime solute sunt.

Ad q̄rtā rn̄det Auicēna. q forma sbstātia lis tripl'r pt ɔsiderari. vno mō vt est dās eē et substātiaʒ faciēs. ꝛ sic dicitur forma q̄ neq̧ in tēsibilis neq̧ remissibilis est. Alio mō put est informatū ꝛ ɔstitutū p eē cōpatū ad aliud al/ terius spēi ꝛ drn̄s subaliter. ꝛ sic dꝛ drn̄tia. et ad huc nō suscipit magis neq̧ minus. Tercio mō vt est opatōis p̄ncipiū. ꝛ tunc opatō cuius est p̄ncipiū pōt dupliciter ɔsiderari Uno mo/ do ex pte ipius forme. ꝛ isto modo magis ꝛ mi nus nō suscipit talis actō Alio mō ex pte sui sb iecti cuius est talis actio. ꝛ isto mō suscipit ma gis ꝛ minus. qꝛ aliquādo in sbiecto sūt aliq̄ q̄ pmouēt ad agēdū. ꝛ aliq̄ q̄ impediūt.

Ad rōem añ oppositūʒ dꝛ. q Poꝛ. voluit dicere omis differētia facit alteratū. cauēdo alteratū cōiter p omni diuersitate siue essentia/ li siue accidentali

Querit. Utrū prima diffinitio differē

Q. xxv U pma diffinito drie sit bene assignata

tie sit bene assignata. in qua dicit᷑. Dr̄ña ē qua abundat spēs a genere. Arguit᷑ p̄mo ꝙ nō qꝛ spēs nihil aliud a genere ꝯtinet. ergo nō abundat a genere. Añs ꝓbat᷑. qꝛ genus dicit totā eēntiā spēi. etiā dr̄ña nō ē aliud a genē. Cōsequētia pꝫ. qꝛ illud qd̄ dr̄ abundare ab alio ꝯtinet ipm̄. ⁊ cū h̄ aliqd aliud. ḡ ⁊c̄. Secūdo sic. genus ꝯtinet pl̄es dr̄ñas oppositas q̇bꝰ diuidit᷑. spēs vero vnā earū tm̄ ꝯtinet. ḡ genus ē habūdantius spē In oppositū ē Por. in presenti capitulo.

Sciendum primo. ꝙ genus continet dr̄ñas q̇bus diuidit᷑ ptāte tm̄ ⁊ nō actu. quia cū oppositō sit causa diuisiōis. oꝫ dr̄ñas quibus diuiditur genꝰ oppositas eē. ⁊ cū sint forme absolute ⁊ positiue sequit᷑ ꝙ opponūtur cōtrarie. ḡ si actu eēnt in genē ꝯ̄ria siml̄ essēt actu in eodē qd̄ est impossibile. sic ḡ genus nō ꝯtinet actu dr̄ñas q̇bꝰ diuidit᷑. ⁊ ꝯtinꝫ eas ptāte tm̄

Sciendum secūdo. ꝙ cum dicit᷑ dr̄ña ē qua abundat spēs a genere. sic debet intelligi ꝙ spēs vltra genus actu ⁊ intellectu icludit differētiā ꝑ quā ꝯtrahitur genus ad spēm. ⁊ in ꝓposito illud dicit᷑ includi actu in alio qd̄ est de diffinitōe essētiali eius. ex quo patꝫ ꝙ genꝰ tāꝫ actu q̄ꝫ intellectu includit᷑ in spē ꝓpter cām sepe dictā. sꝫ neqꝫ genus in differētia. neqꝫ dr̄ña in genē actu ⁊ intellectu includit᷑. vnū em̄ non ꝑticipat aliud. ⁊ ita bn̄ dcm̄ ē ꝙ spēs abūdat a genē ꝑ dr̄ñaꝫ. qꝛ spēs actu ⁊ itellcū icludit dr̄ñtiā cū genē. quā q̇dē dr̄ñaꝫ genꝰ includit ptāte tm̄. Ex dict̄ pꝫ ꝙ p̄dicta diffinitō dr̄ñe cōit᷑ et ꝓprie dict̄ dr̄ñtijs nō ꝯpetit. qꝛ tales sumūt᷑ a formis accn̄talibus. que sequūt᷑ ꝯpletū eē rei iō neqꝫ actu neqꝫ itellcū icludūt᷑ in ipa re. sꝫ magis ecōtra. qꝛ sbiectū ē in itellectu accn̄tis.

Cōclusio. Predicta diffinitio est bene assignata. patꝫ qꝛ ꝯuenit oīm ⁊ soli dr̄ñe magis ꝓp̄e. ḡ est bona. nō tn̄ est diffinitō quidditatiua. sꝫ ē descriptia declaratiua nature dr̄ñe magis ꝓprie dcē ꝑ diuersū modū se habendi ad spēm ⁊ ad genus

Dubitatur Cuꝫ ꝓpriū sit qualitas speciei. ⁊ accn̄s qualitas indiuidui. ⁊ dr̄ña magis ꝓp̄a sit q̄litas generis. q̄re dr̄ña vt ē vnū de q̇nqꝫ p̄dicabilibꝰ sumit᷑ magis a qualitate generis q̄ꝫ a q̄litate spēi vl̄ indiuidui. cā ē. qꝛ ꝑ q̄litatē gener̄ vna res differt ab alia eēntialit᷑. ⁊ idō tal̄ q̄litas hꝫ modū p̄dicādi in q̄le distictū a ꝓp̄o ⁊ accn̄te. sꝫ ꝑ q̄litatē spēi ⁊ idiuidui vna res solū differt ab alia accn̄tal̄r. ⁊ iō nō hn̄t hmōi q̄litates modū p̄dicādi distictū a ꝓp̄o ⁊ accn̄te

Dubitatur Quot sūt actus differentie ⁊ quis eoꝝ est p̄or Respōdet᷑ ꝙ sūt duo actus scꝫ diuidē genꝰ ⁊ ꝯstituē speꝫ. ⁊ dr̄ vltra ꝙ differētia p̄us ſm naturā diuidit genus q̄ꝫ ꝯstituat spēm. qꝛ nō p̄t intelligi ꝙ ꝯstituat speꝫ. nisi iā exierit generis ptātē ꝑ diuisiōꝫ ptātis gener̄. ḡ diuisio ē p̄or a q̄ magis sūptū ē noꝰ dr̄e q̄ ē vnū de q̇nqꝫ p̄dicabilibus. ⁊ sic actꝰ ꝯstituendi loquēdo ꝓp̄e nō ꝯuenit dr̄ñtie ſm ꝙ dr̄ña. sꝫ magis ſm ꝙ est forma iformās ⁊ sbstātiam faciēs. Et est aduertēdū ꝙ facē differre debet dici effectus sequēs ad actus differētie. ⁊ nō ꝓp̄e dicitur actus. qꝛ ex eo ꝙ dr̄ña vna rōne oppositōis quā habet ad aliā diuidit genꝰ. ⁊ diuidendo ꝯstituit spēm hꝫ ꝙ facit differre speꝫ ꝯstitutā ꝑ ipam a spē ꝯstituta ꝑ oppositā dr̄ñaꝫ

Dubitatur. Utruꝫ diuisio generis cadat supra naturā gener̄ vl̄ potestateꝫ. Rn̄det᷑ ꝙ supra potestatē. qꝛ natura generis est tota in qualibet eius spē. sꝫ nō ptās. ⁊ inde est ꝙ ꝓprietates ꝯsequētes naturā vl̄ essētiā generis repiuntur in qualibet spē. sꝫ ꝓp̄etates ꝯseq̄ntes potestatē nō repiunt᷑ oēs in qualibet spē. Si eī tota ptās generis eēt in qualibet spē. ita ⁊ oēs ꝓp̄etates ꝯsequētes ptātē. ⁊ sic hō nō solū risibilis eēt. sꝫ etiā hinnibilis. ⁊ sic de alijs ꝓp̄etatibus. Et si q̇s obijciat ꝙ ptās radicat᷑ in natura seu eēntia generis. ḡ si ptās diuidit᷑ sequitur etiā ꝙ natura gener̄ diuidit᷑. Rn̄det᷑ ꝙ potestas generis nō fūdat᷑ in natura in se accepta ⁊ ꝯsiderata. sed fundat᷑ in ambitu sue cōitatis qd̄ ꝯtingit ex eo ꝙ natura gener̄ nō est vltima determinatōe determinata. sꝫ determinabil̄ ē ⁊ formabilis. iō nō sequit᷑ ꝙ natura in se accepta diuidatur Et si querat᷑ an ptās realiter distiguatur a natura gener̄. Rn̄det᷑ ꝙ ptās ⁊ natᷓa nō distiguitur real̄r. sꝫ rōe tm̄. nomē em̄ generis ⁊ nomē dr̄ñe cū de eadē re p̄dicantur eādē rē ſm eēntiam significāt sꝫ alia ⁊ alia rōe. sꝫ in diuersis rebus natura ⁊ ptās distiguūtur. vt natura aialis in equo realiter distinguit᷑ a ptāte generis in hoīe. ⁊ cā huiꝰ qd̄ dcm̄ ē. ē ista. qꝛ in aliq̄ re p̄t formā specificā q̄ ē real̄ nō ponit᷑ forᷓa realis ḡnalit᷑ disticta a forᷓa specifica. sꝫ rōe tm̄

Ad rationes ante oppositum. Ad primā dicit᷑. ꝙ genꝰ dicit totā eēntiā spēi ſm rem. sꝫ nō ſm rōem. qꝛ dicit illā solū ſm rōꝫ potētie determinabilis. dicit᷑ vltra ꝙ q̄ꝫuis dr̄ña nihil aliud sic ſm rē a genē. ē tn̄ aliud ſm rōeꝫ. ⁊ sic spēs ē abundātior ſm rōem q̄ꝫuis nō ſm rē Ad scd̄am dr̄ ꝙ genꝰ cōtinet dr̄ñtias q̇bꝰ diuidit᷑ ptāte tm̄ ⁊ nō actu. qd̄ est ꝯtinē ſm q̇d tm̄ Jdō non ꝓpter hoc debet dici abundantius specie.

q; abundare importat actualē abundātiam.

Queritur. vtrū dr̄ne sint in genere.

Arguit̄ p̄rio ꝙ nō q; idē est dicere aliq̄d eē in genē ꝛ sub genere. ſʒ differētia n̄ supponit̄ gn̄i. q; h̄ ꝓprium est ſpēi. ḡ nō sunt in genere.

Secūdo arguit̄ sic. omē qd̄ est in genere ꝑtici/ pat ipm̄ genus. ſʒ differētia nō ꝑticipat ipsūʒ genus. ḡ dr̄ña nō est in genē. Tercio argu itur sic. opposita nō pn̄t simul esse in eodē. sed differētie diuidētes genꝰ sunt opposite. ḡ non pn̄t esse in eodē genere. Et si dicat̄ ꝙ sint in ge/ nere potestate ꝛ nō actu. Cōtra h̄ arguit̄. q; iste ꝓpōes sunt sil' vere actu. aīal rōnale est animal et aīal irrōnale est aīal. sicut iste. hō est albus. ho mo est niger. sed nulla ꝓpō est actualiter vera ni si p̄dicatū actu sit in subiecto. ḡ ratōnale ꝛ irra/ tionale sunt actu in aīali. Itē arguit̄ ad ideʒ si differētia sit in genere potestate vl' ergo idē ē ip sam esse potestate in genere vel nō. si sit idē seq̄ tur ꝙ differētie sunt in genere vt forma in ma/ teria. ꝛ cū nihil possit seipm̄ reducere de potētia ad actum oportebit aliquod agens esse dedu/ cens differētias de potentia generis ad actum qd̄ a perypotheticis nō repit̄ dictū. Itē arguit̄ ad idē. si differētie sint in genere potestate cum potestas sit nomē p̄ncipij vl' cāe oportʒ genus esse p̄ncipiū ꝛ causaʒ differētiarum in aliq̄ ge/ nere cause. ſʒ hoc nō potest eē. vt patʒ inducē/ do ꝑ om̄s causas. Primo genus nō est cā ma/ terialis dr̄ñaꝝ ꝓpter cām dictā in p̄cedēti rōe. q; genꝰ nō est materia q; ſm̄ ph̄os genꝰ est for/ ma totiꝰ dās eē nomē ꝛ rōeʒ illi in q̄ est. Sʒ ꝙ nō sit cā formalis oñdit autoritas Porphirij ꝙ ſpēs ꝯstituit̄ ex gn̄e tāq; ex materia ꝛ ex dr̄ā sicut ex forma. ꝛ eadē de causa nō est causa fina lis. q; finis ꝛ forma coīcidūt. vt patʒ ſcd̄o phi sicoꝝ. ꝛ ꝙ nō sit cā efficiēs. ꝓbat̄. q; oē efficiēs efficit̄ʒ ꝙ ē in actu forme quā dat effctūi. ꝛ sic oporteret ꝙ genꝰ haberet differētias actu. ꝛ sic relinq̄tur ꝙ genꝰ in nullo genē cāe est causa dif ferētiarū. Si dicat aliq̄s ꝙ differentie sunt in genere sicut in q̄dam semiario siue cā semiali ꝛ ꝟtute formatiua. tūc q̄rendū est a quo habet ta lem virtutē formatiuā. q; genus est subiectuʒ primū. ḡ nō est formatiuū differētie. ſʒ ꝑ eam genus formatur. ꝛ sic genus nō habet talē ꝟtu tem a seipo. Item quereret̄ a quo talis virtus formatiua formaret differentiā ipsam. q; vt dicit̄. differētia nō formatur de substantia ge/ neris. alias idē esset formabile ꝛ formans. In oppositū est Porphiriꝰ dicēs. ꝙ genꝰ habet dif ferētias potestate. actu vero nulla.

Sciendū. ꝙ q; dictū est species abun/ dat a genere ꝑ dr̄ñas. oritur dubiuʒ a q̄ ſpēs habeat talē dr̄ñam. q; nō potest habere eam a seipa. q; alias idē eēt cōstituēs ꝛ faciēs seipm̄ nec pōt habere eā a nihilo. q; in hoc ꝯueniunt ph̄i ꝙ ex nihilo nihil fit. oportʒ ḡ ꝙ accipiat eā a genere. q; nō videt̄ aliud a quo haberʒ. ꝛ tūc sequit̄ ꝙ ipsa differētia est in genere ꝛ eadē rōe opposite differētie erunt in gn̄e. Ex quo oritur dubitatio de modo quō dr̄ñe opposite sunt in genere. ꝛ a quo genus habet eas. aut ſcʒ a seipo vl' ab alio. ꝛ ad hec omnia ꝛ etiam ad ea que tacta sunt ante oppositum respondʒ venerabi lis dn̄s Albertus notando aliqua. ꝛ ibi in ali quibus pūctis sibi contradicē videt̄ doctor sa nctus sicut notabitur caute aduertēti. No tat igit̄ primo venēabilis dominus Albertus inseqūndo cōmētatorē in p̄mo methaphisice. ꝙ genus nō ē materia. ſʒ ē forma generalis cōfu/ sa ꝛ indistincta diffusa in materia. quam for/ mā vocat Albertus inchoationē formarū in materia. qui ponit ꝙ in naturalibꝰ forma an/ te generationē formalit̄ p̄est in materia. in esse tn̄ cōfuso indistincto formabili ꝛ distinguibl'i. Et ab illo eē formabili ꝛ cōfuso sumitur genꝰ. iō dicit ꝙ genus significat aliquid vnum ſm̄ rem quod reperitur in materia an̄q; reperiatur in ea illud a quo sumitur differētia specifica. ꝛ ipsa species. Et in istis duobus punctis doc/ tor sanctꝰ videt̄ sibi cōtradicē negans inchoatō nē formarum in materia. etiam negans ꝙ genꝰ dicat aliquod vnum ſm̄ rem distinctuʒ ab eo quod dicitur species. ꝛ de ista inchoatione for marum habetur primo phisicorum. vide ibi. Ulterius notat Albertus ꝙ quia forma p̄dica tur nō ſm̄ ꝙ est forma mat̄ie ꝛ ꝓut dr̄ forma ꝑ tis. neq; etiā ſm̄ ꝙ est forma totius designata per modū forme ꝑtis tm̄. ſʒ p̄dicatur ꝓut sig/ nificatur vt notio totius rei vl' in actu vl' in po tentia. ideo oportʒ ꝙ genus sit forma totiꝰ de/ signata per modum totius. ꝛ similiter species ꝛ differentia. sed genus ē notio totius esse rei in potentia formabili. ꝛ differētia est notio rei ꝑ modum actus distinguentis ꝛ determinantis genus. ſpēs vero per modū distincti ꝛ constitu ti ex vtroq; ſcʒ ex genere ꝛ differentia. ideo spe/ cies in quid p̄dicatur sicut genus. sed dr̄ña p̄/ dicatur in quale. quia significatur per moduʒ distinguentis ꝛ determinantis. Ulterius no/ tat Albertus ꝙ aliquid multipliciter dr̄ esse in genere. ꝛ in hoc passu ponit q̄nq; modos ꝛ tali bi supaddit adhuc duos. Un̄ vnoꝰ aliq̄d dr̄

Q: xxvi: V: dr̄e sint in genere

esse in genere s̄m ordinē participantis ꝛ ptici/
pati ꝛ hoc mō in linea p̄dicamētali sunt oīa
genera ꝛ spēs. Scdo mō dr̄ aliq̄d esse in genē.
q̄ se habꝫ sicut via ad rē illius generis. ꝛ sic
motus est in eodē genere reductiue cū termino
ad quē fit motus. Tercio mō dr̄ aliq̄d esse in
genere sicut p̄ncipiū realiter cōstitutiuū rei illiꝰ
generis. ꝛ h̄ mō materia ꝛ forma sunt in gene/
re substantie. Quarto mō dicit̄ aliq̄d esse in ge
nere qd̄ se habet sicut p̄ncipiū. vn̄ s̄m imagina
tionē fluūt nature illius generis. ꝛ sic pūctus ē
in genere q̄titatis. Quinto mō dr̄ aliq̄d eē in
genere potestate formali ꝛ sicut formabile ꝛ di
stinguibile ꝛ nō sicut pticipās ip̄m genꝰ. ꝛ hoc
mō dr̄ne sunt in genere. ꝛ isti sunt q̄nq̄ mōi h̄.
sed p̄mus aliorꝝ modorꝝ ē sicut priuatō q̄ redu
cit̄ ad genꝰ sui habitꝰ. Secūdꝰ est sicut vltimꝰ
actꝰ id est esse existentie alicuiꝰ nature reducitur
ad genus illius nature

Conclusio. differētie sunt in genere po
testate ꝛ nō actu. ptꝫ q̄ sint in genere ptāte. q̄a
spēs hꝫ actu dr̄nam qua abūdat a genere ꝛ nō
hꝫ eā a seipa neq̄ ex nihilo ḡ a genere. ꝛ sic drē
sunt in genere. Et q̄ ibi nō sint actu patꝫ. qꝛ sic
opposita actu sil' essent in eodē. ḡ dr̄ne sunt in
genere potestate. Itē dr̄ne diuidētes genꝰ op/
posite sunt. qꝛ diuisio generis fit p̄ opposita ꝛ
sunt forme absolute. ḡ sunt ꝯtrarie. sꝫ ꝯtriorū
necc̄ario ē vna potētia alias eēnt disp̄ate ꝛ nō ꝯ
rie ḡ dr̄ne radicate st̄ in vna gn̄ ptāte. De isto
mō essendi dr̄naꝝ in genere dat venerabil' Al
bertus vnū sile de coloribꝰ q̄ sunt in lumie Nā
diuerse spēs coloꝝ nō sunt actu in lumine. sed
solū in esse potēti ali. ꝛ cōfuso. q̄ quidem potē/
tialitas seu cōfusio distinguit̄ p̄ h̄ q̄ terminat̄
p̄ psp̄icuū lumiosuꝫ istius determinati corp̄is
vl' illiꝰ ꝛ pportōnabilit̄ dr̄ne sunt in genere po
testate formali formabili ꝛ distinguibili.

Ad rationes. ad primaꝫ dicit̄ q̄ dr̄ne
nō sunt sub genere put sb̄ dicit ordinē pticipā
tis ꝛ pticipati. sꝫ put dicit ordinē determinātꝭ
ad determinatōem. iō patꝫ quo illoꝝ mōꝝ sit
in genere ꝛ p̄ h̄ soluit̄ scd̄a rō. ¶ Ad terciā cō
cessuꝫ est q̄ sunt in genere potestate ꝛ nō actu. ꝛ
tūc ad p̄mā replicā dr̄ q̄ ille p̄dicatōes accidē/
tales sunt. qꝛ genus nō pticipat dr̄ām nec ecō
tra. Dicit̄ vltra q̄ si capiat̄ ille due dr̄ne oppo
site vt actu sunt. tūc aial in ipsis equoce accipi
tur. nec plus hꝫ rōem totiꝰ potestatiui distig/
uibilis. sꝫ iam esset actualiter distinctū ad di
uersa esse s̄m spēm. nā nō est incōueiēs oppo
sita sil' eē actu in diūsis. sicut aial habet eē di/
uersum actu in hoībus ꝛ in aliȷ̄s. Et si q̄rat̄ an
genus sit aliqd̄ vnū q̄n differentie adhuc sunt
solū potestate in eo. Rn̄det Albertus ponens
inchoatōem formarū qd̄ est aliqd̄ vnū s̄m reꝫ
nō tn̄ est ꝯpletū sicut species. Sꝫ sctūs Tho/
mas negās inchoatōem dicit q̄ genꝰ sic accep/
tū est vnū s̄m rōem tm̄. qꝛ preter formā specifi
cā nō ponit aliā formā realeꝫ q̄ tpe realiter p̄ce
dat formā specificā ¶ Ad scd̄aꝫ replicā dr̄ q̄
melius dicūtur dr̄ntie esse in genere potestate
q̄ȝ dr̄ne. qꝛ s̄m Albertū potentia se habet ex p/
te materie nude ab omi forma. sꝫ potestas iaꝫ
supp̄oit inchoatōem forme in materia. ꝛ s̄ꝫ ip
sum genꝰ est forma gn̄alis ꝯfusa ꝛ inchoata ī
materia q̄ potestate cōfusa ꝛ formabili ambi/
git ꝛ cōtinet oēs formas specificas sub illa for
ma generali ꝯtentas. ꝛ p̄ h̄ idē dicit sanctꝰ Tho/
mas. Sꝫ aliā causam assignat. qꝛ s̄m ip̄m po/
tentia se tenet ex pte materie. potestas v̄o ex pte
forme. ꝛ sic potestas magis inclinata est ad esse
q̄ȝ potētia. ꝛ qꝛ genus nō est in materia. sed est
forma generalis nō distincta s̄m esse a forma
specifica sꝫ ratione tm̄. iō meliꝰ dicit̄ in genē po
testate q̄ȝ potentia. ¶ Ad terciā replicam dici
tur q̄ genus ē causa differētiarū in genere cau/
se formalis. nō quidē formantis sꝫ formabil'.
iō hec causalitas forme formabilis q̄dāmō si/
milis ē cālitati materie. Et cū querebat̄ an drē
sint in genere sicut in q̄dā seminario. Respon/
dit dn̄s Albertus q̄ sic. qꝛ realis inchoatō for
maꝝ in materia dr̄ esse semē oīm formaꝝ speci
ficarū. Et cū q̄rebat̄ a q̄ tale semen est. ¶ Rn̄det
Albertus q̄ est a lumine intelligētie causantis
materiā ip̄am. ꝛ causantis in ip̄a talē inchoati
onē. qꝛ lumē ipsius intelligētie in se vehit oēs
formas. ꝛ virtute illius luminis educūtur hu
iusmōi forme p̄ agens ptículare. de hmōi icho
atōe forme ꝛ de genere logico pportōnabilites
loq̄tur. Sꝫ scūs Thomas bn̄ ꝯuenit cū eo in
hoc q̄ genꝰ est p̄ncipiū dr̄narū in genere cause
formalis nō formātis ꝛ determinātis sꝫ for/
mabilis ꝛ distinguibilis. Sed in ponēdo ta/
lē inchoatōem realē discōuenit cū eo. iō nō po/
nit q̄ differētie sint inchoate in genere realiter
sed tm̄ s̄m rationem de differentia

¶ Querit̄ vtꝝ diffinitō que dat̄ de dr̄na
in ratōe p̄dicabilis accepta sit sufficiens. in q̄
dicit̄ Differentia est qd̄ p̄dicatur de pluribus
differētibus specie in eo qd̄ q̄le. ¶ Arguit̄ p̄
mo q̄ nō argumēto Auicēne. qꝛ in hac diffini
tione nō ponit̄ genꝰ diffiniti scꝫ vl'e. Nō poni
tur etiā aliqd̄ p̄ qd̄ distinguat̄ dr̄na ab accn̄te

[Marginal manuscript notes:]
1o, 2o, 3o, 4to, 5to — Aliquid dicitur esse in genere quinque modis

Questio xxvii^a: diffinitio que datur de differentia in ratione predicabilis accepta sit sufficiens

ergo diffinitio est insufficiẽs. ¶ Sc̓do arguitur sic. pñs diffinitõ nõ ꝯpetit dr̃ñe cõuertibili cũ spẽ spẽalissima q̃ tñ est differẽtia magis ꝓpria. ğ nõ ꝯpetit omni cõtento sub diffinito. Añs patet. q2 talis dr̃ña nõ predicat̃ de pl'ibꝰ spẽ In oppositũ est Porphiriꝰ in textu

Sciendũ ꝙ dr̃ña nõ habet rationem p̄dicabilis in ordine ad genus qd̓ diuidit. q2 neq3 actu neq3 intellectu continet̃ in ipso. neq3 etiã in ordine ad indiuidua. q2 in eis nõ cõtinet̃ nisi mediãte spẽ. q̃ p̄mo cõstituta est inesse per differẽtiam. habet ğ rõem p̄dicabilis in ordine ad spẽm quã ꝯstituit. 7 in qua actu 7 intellectu includit̃. 7 q2 oĩe p̄dicabile ꝓprie dictũ debet eẽ p̄dicabile de pluribꝰ. sequit̃ ꝙ dr̃ña in rõe p̄dicabilis nõ est p̄dicabile respectu vniꝰ speciei. sed ordinẽ habet ad plures species. ideo in diffinitione bene d̓r differẽtibus specie. s3 q2 genus etiã p̄dicat̃ de pl'ibus differẽtibꝰ specie. ideo subiungit̃ in eo qd̓ quale. p qd̓ differt a genere Et in diffinitione subintelligit̃ vl'e p h̓ qd̓ d̓r p̄dicat̃ de pluribus. etiã intelligit̃ de q̃li essentiali ex his q̃ dicta sunt in textu. q2 diffinit differentiam p se 7 nõ p accidens. h̓ etiã intelligitur p hoc ꝙ d̓r de pluribꝰ differentibus specie. debet etiã intelligi p h̓ ꝙ de his p̄dicatur immediate. modo accidens p̄dicat̃ immediate de indiuiduis. iõ habet rõem p̄dicabil' in ordine ad indiuidua. differentia v̓o in ordĩe ad species. 7 sic nõ p̄dicat̃ in quale sicut accidens. 7 p h̓ soluitur p̄ma ratio ante oppositum

Sciendũ ꝙ Porphiriꝰ tripliciter ostẽdit ꝙ differentia p̄dicat̃ in quale. sc3 exẽplo signo 7 simili. Exemplo sic. q2 rõnale 7 mortale q̃ sunt differentie hoĩs sumpte a ratõnalitate et mortalitate. q̃ p̄dicãtur in quale. q2 nõ dicunt aliquod formabile nec formatum. sed aliquid formãs 7 distinguens. Signo ostendit̃ sic Illud d̓r p̄dicari in q̃le. qd̓ ꝯuenienter respondetur ad interrogationẽ factã p quale. sed sic est de differentia vt satis pat3 in textu. ğ predicat̃ in quale. Per sil'e ostendit̃ sic in artificialibus q2 ars imitat̃ naturã in q̃tum potest. secundo phisicorum. sicut statua ex ere tamq3 ex matẽia formabili p figurã statue ad quã es est potentia. 7 ex figura tamq3 ex forma formante ipsu3 es est cõposita. nec tamen statua est es tm̃. nec figũa tm̃. sed ex vtroq3 cõponitur. neq3 etiã figura d̓t ipsum es figurabile. neq3 ipsu3 figuratũ. sed d̓t solam formam determinantem potentiã eius ad esse statue. ideo nõ predicat̃ figuratu3 de statua p modũ substantie 7 in q̇d. sed p modũ forme 7 in quale. sic etiã in naturalibus species cõstituit̃ ex genere tanq3 ex materia formabili p differẽtias. 7 ex differẽtia formãte potẽtiam generis 7 sic spẽs nõ est alterũ tm̃. sed ex vtroq3 cõpositũ. neq3 differẽtia dicit id qd̓ ẽ formabile p eã. neq3 dicit id qd̓ est formatũ. s3 dicit simplicem formã formantẽ. ideo nõ habet modũ p̄dicãdi substãtie in q̇d. qui modꝰ p̄dicãdi sumit̃ simpliciter a mõ essendi sb̃stantie q̃ est p se esse. q̃ modꝰ materie 7 enti cõposito cõpetit. sed habet simplicis forme rõem siue qualitatis q̃ predicatur in quale.

Sciendum tercio ꝙ quale 7 qualitas differũt sicut cõcretũ 7 abstractũ. qualitas enĩ dicit formã aut q̃litatẽ tm̃. 7 q̃le dicit subiectũ tali q̃litate informatũ. Et logice loquẽdo reperiũtur tria q̃ in quale p̄dicantur sicut triplex reperitur quale. Est enĩ qualitas generis sicut differẽtia diuisiua generis 7 cõstitutiua speciei q̃ q̃uis dicat̃ qualitas generis. nõ tñ predicatur de ipso ꝓpter causam iã dictã. s3 de specie p̄dicat̃. Alia est qualitas accñtalis que duplex est. Una est qualitas spẽi cõsequẽs cõpletũ eẽ eius 7 fluens ab eius p̄ncipijs eẽntialibus vt est ꝓpriũ. Alia ẽ qualitas indiuidui cõsequẽs esse cõpletũ eius 7 fluens ab eius p̄ncipijs vt ẽ accidens cõmune.

Conclusio predicta diffinitio dr̃ñe est sufficiẽs q2 explicat ꝓprium modũ differẽtie predicabilis p quẽ distinguitur ab alijs p̄dicabilibus. ğ sufficienter explicat naturã diffiniti Cõsequẽtia nota ẽ. Añs patet cuilibet intuẽti ꝑticulas diffinitõis p ea q̃ dicta sunt.

Dubitat̃ vtrũ diffinitio de qua querit questio cõueniat differẽtie magis ꝓprie cõuertibili cũ spẽ spẽalissima. Videt̃ ꝙ sic. quia cum quelibet talis differẽtia sit p se differentia. 7 habet rationem p̄dicabilis. q2 in multis est. ideo sequitur ꝙ cõueniat omni differẽtie magis ꝓprie dicte. Ad oppositũ arguebat̃ in p̄ncipio questionis ratione posita an̄ oppositũ. Ad dubium respõdet̃ omissis varijs modis respõdẽdi qui a diuersis dant̃ notando cũ venerabili domino Alberto ꝙ differentia potest in se tria habere. Primum est ꝙ sit simpliciter diuisiua generis. 7 ab isto sortur nomen differentie Nã ex eo ꝙ diuidit ratõe oppõis habet ꝙ p eã differũt diuisa. Secũdũ est ꝙ sit simpliciter cõstitutiua speciei qd̓ dependet ex prio. nã p h̓ ꝙ diuidit genus ipm cõtrahit ad esse determiñatũ. et hoc ẽ cõstituere spẽm. Terciũ est ꝙ sit ad spẽm certã determiatiua. 7 h̓ nõ h3 ex h̓ ꝙ ẽ diuisiua

ſimpliciter ꝛ ꝑ ꝯn̄s nec ex hoc ꝙ dr̄a ē. q̄re etiā nō hꝫ iſtud ex h̄ ꝙ eſt ſimpliciter cōſtitutia ſed habet ex h̄ ꝙ eſt forma certa ꝛ determinata vlti/ma determinatōe formali ꝛ nō amplius confuſa nec in poteſtate formā cōtinēs. ꝛ ex iſto qꝛ ſcꝫ eſt forma ſic determiata ꝛ certa ſibi cōuenit ꝙ n̄ eſt ſimplicis virtutis dr̄a. qꝛ ꝟtutes differentie p̄cedunt virtualiter. ꝛ poſt ipam drām non eſt alia drnā ſiue forma reſpectu cui⁹ ſimplex dici poteſt. ꝛ iō non eſt ꝓprie ps rei. qꝛ in ſe ꝟtualit̄ cōtinet totū eſſe rei. ꝛ nō differt a diffinitōe niſi in hoc ꝙ diffinitō dicit totū eſſe rei explicite. ſic ergo talis drā nō eſt ſimplex diuiſiua ſꝫ eſt forma certa ꝛ determiata dicēs totū eſſe rei. ꝛ ſic nō ſortit̄ nomē differentie ſꝫ potius nomē natu̅e et ſm hoc terciū nō ꝯuenit differētie inq̄ꝫtū differētia eſt. ſꝫ inq̄ꝫtū vltima ē. ꝛ inq̄ꝫtū totuꝫ rei natura eſt. ꝛ iō diffinitio p̄dicta nō ꝯuenit differentie vltime que conu̇tibil̄ dꝛ ee̅ cū ſpē ſpēa/liſſima. ſꝫ tm̄ reducibilis eſt ad p̄dicabile qð ē drā cū habeat eundē modū predicādi cum differentia predicabili.

Dubitatur. vtrū in ſequēdo opinionē ſtoycorū ponētium plures deos. ꝛ illos eſſe ſubſtātias corporeas ſenſibiles rōnales ꝛ nō mortales. mortale poſſet dici differētia hoīs. Ui/detur ꝙ nō. qꝛ mortale in intellectu ſui dicit priuatōem. Ad dubiū respondet̄. ꝙ mortale p̄t capi duob⁹ mōis. Uno mō vt dicit actū exiſtē tem in materia cōcipiēte priuatōem illius act⁹. et iſto mō mortale dicit q̇d poſitiuū ꝛ bene diceretur drā. Alio mō p̄t accipi vt dicit priuatōeꝫ potētie ꝛ ad vitā ꝑpetuā. ꝛ ſic nō diceret q̇d po/ſitiuum. nec eſſet drā illo mō accepta. Rōes an̄ oppoſitū ſoluūtur ex dictis ſufficiēter.

Mortale pt capi duobus modis

Q. xxviii: V: diffinitio dr̄e ſit bene aſſignata

Querit̄ cōſequēter. vtꝝ diffinitō drn̄e ſit bene aſſignata in qua dꝛ. Drā ē que apta na/ta eſt diuidere ea q̄ ſb genere poſita ſunt. Ar/guit̄ p̄mo ꝙ nō. qꝛ drā nō diuidit niſi ſit actualiter extra generis poteſtatē accepta. ꝛ ḡ male dicit̄ ꝙ drā eſt q̄ apta nata ē diuidere. ſed debe/ret dici drā eſt q̄ diuidit. Scd̄o arguit̄ ſic vnica drā nō ſufficit diuidere gen⁹. ḡ male dꝛ ſingulariter differētia eſt q̄ apta nata eſt diui/dere. In oppoſitū ē Porphiri⁹ in textu

Sciendū primo ꝙ poſita deſcriptione declarāte diuerſum modū habendi differentie ad ſpēm ꝛ ad gen⁹. ꝛ etiā poſita ſecūda deſcrip/tione differētie declarāte ꝓpriū modū p̄dicādi ipius. ꝯn̄ter ponit Porphiri⁹ terciā deſcriptōeꝫ dr̄e datā ꝑ reſpectū ad genus qð diuidit. Pro eiius intellectu.

Sciendū ſecūdo. ꝙ quāuis vna forma p̄ntia ꝛ abſētia ſua poſſit facē diuiſionē loquēdo de diuiſione q̄ fit ꝑ cōtradcōem aut ꝓ uitiaꝫ oppōem. tn̄ ad diuiſionē generis ꝛ eoꝝ q̇ ſub genere ꝑ ſe poſita ſunt nō ſufficit vna forma poſitiua ꝑ ſui p̄ſentiā ꝛ abſentiā. ſꝫ req̄runt̄ due forme poſitiue. qꝛ talis diuiſio fit rōe oppoſi/tionis ꝯtrarie. que eſt inter formas poſitiuas ꝛ ſic dꝫ intelligi pn̄s deſcriptō. ꝙ drā cū ſua op/poſita nō ꝯtradictorie aut priuatiue ſꝫ ꝯtrarie nata eſt diuidere gen⁹ ꝛ diuidēdo ꝯſtituere di/uerſas ſpēs ſub genere. ꝛ ob hoc diuidit gen⁹ ꝛ ea q̄ ſub genere poſita ſunt. Et ſi dicat aliq̇s ꝙ aīal diuidit̄ ꝑ rōnale ꝛ irrōnale. ꝛ ꝙ h̄ diuiſio fit per affirmatōem ꝛ negatōem. ḡ male dcm̄ eſt ꝙ drn̄e q̄ diuidūt gen⁹ ꝯtrarie ſunt. Rn̄det̄ ꝙ forme ſpecifice a q̇bus ſumūtur drn̄e interduꝫ nobis ignote ſunt. iō nō ſunt nobis noiate nominibus ꝓprijs neqꝫ etiā drn̄e. iō circūloqui/mur hmōi drās interdū ꝑ ꝓp̄etates formarū a q̇b⁹ ſumūt̄ ꝛ interdū ꝑ negatōem draꝝ oppoſitaꝝ qn̄ ille nobis ignote ſunt vt in ꝓpoſito.

Sciendū tercio. ꝙ qn̄ diuidit̄ gen⁹ di/uidit̄ ſm ptātem ꝛ nō ſm eēntiaꝫ. qꝛ eēntia gn̄ tota eſt in q̄libet ſpē. ſꝫ nō tota ptās. Etiā eēn/tia generis ſm ꝙ ē ꝯp̄henſa ab vnica ſpē tota eſt extra aliā. iō. vij phi. habet̄. ꝙ gen⁹ nō eſt ali/quid vnū ſꝫ iuxta genera latēt multa. id ē mlte equocatōes. ꝛ in ꝓhemio de aīa dꝛ ꝙ rō aīalis ſm vnūquodqꝫ aīal eſt altera ꝛ altera. ꝟbi grā aīalitas ī hoīe realit̄ diſtiguit̄ ab aīalitate ieq̄ et n̄ ꝯueiūt ſꝫ rōeꝫ vnā niſi logice tm̄ ꝛ n̄ phīce

Sciendū quarto. ꝙ quāuis drn̄e ſunt ī poteſtate generis. tn̄ ſm ꝙ actu diuidūt genus oportꝫ ꝙ actu ſint accepte ꝑ intellectū diuiden/tem extra gn̄is ptātē. qꝛ intellect⁹ nō diuidit actu niſi accipiēdo actu qð diuidit. Sꝫ qꝛ drn̄e accidit actualit̄ diuidere ꝛ actu accipi ꝑ intellectū diuidētē. iō eēntiale ē dr̄e poſſe diuidē. ꝛ actu diuidere ſibi accidit. q̄re cōuenieti⁹ diffinit̄ ꝑ aptitudinē q̄ꝫ ꝑ actū diuidēdi.

Cōcluſio. p̄dicta diffinitio drn̄e eſt ſufficiēs. Probat̄. qꝛ p̄mus act⁹ drn̄e a q̄ ſumit̄ nomē differētie ē diuidere gen⁹. ꝛ ꝑ h̄ ꝙ diui/dit gen⁹ actu cū ſua oppoſita drn̄a hꝫ ſpēm cō/ſtituere ſub genere. ꝛ h̄ idem facit ſua oppoſita differētia. ḡ illa q̄ ſunt ſub genere poſita. ſunt per differentiarū diuiſionem inter ſe diuiſa.

Hanc diffinitionem declarat Porphirius exemplariter. Sicut rationale ꝛ irrationale ho/minem diuidunt que ſunt ſub eodem genere. ſcilicet animali. ꝛ vtit̄ illo nomine priuatiuo

irrõnale loco differẽtie opposite ꝑpter cãm pri-
us dictã. quã quidẽ differẽtiã si volum⁹ bru-
talitatem noiare possum⁹. Vñ si nõ esset aliqđ
aĩal aliud ab homine q̃ȝ equus ⁊ hynnibile. eẽt
drña eẽntialis cõstitutiua et aĩal diuiderem⁹
per rõnale ⁊ hynnibile nominãdo vtrãqȝ diffe-
rentiã positiue. Aduertendũ est tñ ꝙ differẽtia
cũ sua opposita drña diuersimode diuidit ge-
nus q̃ꝛ ptãs generis ꝑtit. sed ea q̃ sub genere po-
sita sunt diuidũtur. q̃ꝛ ꝑ diuisionẽ potestatis
generis quã faciũt drñe ab inuiceȝ sepantur. ⁊
ita genus diuiditur q̃ȝitate sue cõitatis. ⁊ que
sunt sub genere diuiduntur separatõe sue op-
positõis ab inuicem. Ratões ante opposi-
tũ soluuntur ex dictis

Queritur. vtrũ due vltime diffinitões
differẽtie sint bene assignate. in q̃ruȝ prima dr.
Drña est qua differũt a se singula. Et scđa dr
ista differentia est que conducit ad esse rei. et
eius quod est esse rei ꝑs est. Arguit̃ ꝑmo ꝙ
nõ. quia nulla differẽtia differũt a se singula.
ergo ꝑma diffinitõ mala. Secũdo. singu-
la infinita sunt saltem quo ad nos. ğ si aliq̃s
noscat differẽtiã alicui⁹ ⁊ per eã a singulis di-
stinguit oĩa sequit̃ ꝙ infinita cognoscet. qđ
est impossibile Tercio arguit̃ sic ↄtra scđaȝ
q̃ꝛ illa generi ↄpetit cũ gen⁹ sit ꝑs eẽ rei. Jtẽ dif-
ferẽtia cõsequit̃ eẽ generis. ğ generi accidit. ⁊ ꝑ
ↄñs nõ cõducit ad eẽ spẽi. q̃ꝛ qđ est accidẽs in
vno nõ est substantia in alio. Jn oppositũ
est Porphirius in textu.

Sciendũ primo. ꝙ p̃dicta prima dif-
finitio de drña differt ab oĩbus alijs diffini-
tõibus ꝑus assignatis. q̃ꝛ describit naturã drẽ
ꝑ ꝓpriũ eius effectũ. qui ẽ facere differre specieȝ
quam ↄstituit ab alijs speciebus eiusdem gene-
ris opposita differentia cõstitutis.

Sciendũ secũdo. ꝙ quãuis spẽs eius-
dem generis inter se differãt suis ꝓprijs passio-
nibus nõ tñ ꝑmo ⁊ eq̃ essentialiter sed solum
differũt essentialiter ꝑ drñas magis ꝓprie dic-
tas que specifice vocantur.

Sciendũ tercio ꝙ ꝑ singula in ꝓposi-
to ꝑmo intelligũt̃ spẽs. ⁊ ex ↄñti indiuidua cõ-
tenta sub illis spẽbus. q̃ꝛ ꝑ drñas diuidẽtes
genus ꝑmo differũt spẽs cõstitute ꝑ ipsas. ⁊ ex
cõsequẽti indiuidua illarũ spẽrum

Sciendũ quarto ꝙ cũ dicit̃ differẽtia
est qua differũt a se singula. nõ debet intelligi ꝙ
vna determinata differẽtia differũt oẽs spẽs.
Sed debet intelligi ꝙ vnaqueqȝ spẽs ab alia
differt per drñam qua cõstituit̃ ⁊ nõ ꝓprie dr
spẽs differre nisi ab alijs spẽbus q̃ sunt eiusdẽ
generis cũ ipsa. q̃ꝛ spẽs diuersoꝝ generũ ꝓprie
diuerse sunt inter se. ⁊ illa q̃ differũt specie. ꝓꝑe
loquendo in genere cõueniunt.

Sciendũ quinto. ꝙ species ꝑ drñam
qua cõstituit̃ differt ab oĩbus spẽbus eiusdem
generis vt hõ ꝑ rõnale ab oĩbus alijs aĩali-
bus differt. nec tñ ꝓpter hoc oportȝ ꝙ si q̃s co-
gnoscat differẽtiã qua differt hõ ab alijs aĩalĩ-
bus ꝙ in ꝓpria natura cognoscat drñas alio-
rũ aĩaliũ. sȝ sufficit ꝙ ea cognoscat in generali ĩ
rõe oppositõis quã hñt ad drñam illã. que est
rõnale qđ est cognoscere drñas alioꝝ aĩalium
in vl'i. Et rõ huius est. q̃ꝛ drña hoĩs scȝ rõnale
nõ opponit̃ ꝓprie drñe equi. vl' alterius aĩalis
in ꝓpria natura accepte. sȝ ꝫm ꝙ sumitur a for-
ma q̃ irrationalitas est in que cõuenit cũ diuer-
sis drñtijs aliorum brutorum que directe ra-
tionali opponitur

Conclusio pro primo articulo ꝙ pre-
dicta diffinitio differẽtie ẽ sufficiẽs. vtȝ ꝑ ↄdi-
tiones bone diffinitõis. Et aliunde ꝑt sic ꝓba-
ri. Jlla q̃ sb eodẽ genere ordinãtur in ipso nõ
differũt sȝ ↄueniũt. ğ oȝ ꝙ inter se differãt per
differẽtias diuisiuas illius generis ⁊ hec de ꝑ-
mo articulo. Quãtum ad secũdũ

Sciendum primo ꝙ licet quelibet q̃t-
tuor descriptõnũ ꝑmissarũ aliq̃ mõ scȝ ex se vel
ex ↄñti. vel ꝑ accñs vl' ꝫm rem. vl' ꝫm modum
possit cõuenire alijs drñtijs. a magis ꝓprie di-
cta drña. vtȝ faciliter cuilibet intuẽti. tñ ista vl-
tima diffinitio soli drñe magis ꝓprie cõuenit.
Jõ dicit Porphiri⁹. ꝙ ypothetici magis in-
trinsece speculãtes ⁊ ꝑscrutantes que soli drñe
magis ꝓꝑe cõueniũt. dixerũt ꝙ drña magis ꝓ-
pria est q̃ cõducit ad esse rei. scȝ spẽi. ⁊ eius qđ
est esse rei ꝑs est. id ẽ diffinitõis q̃dditatiue ꝑs
est q̃ indicat q̃d est esse spẽi. ⁊ hanc diffinitõeȝ
ostendit. Porphiri⁹ q̃ꝛ q̃ȝuis ex ↄñti spẽs abũ-
det a gñe ꝑ ꝓꝑã passionẽ. ⁊ etiã gen⁹ diuidat̃ ꝑ
ꝓꝑas passioẽs. ⁊ ꝑ easdẽ due spẽs ex ↄseq̃nti ĩ-
ter se drãnt. ⁊ etĩ ꝓꝑetates geneãles bene ꝑdicã-
tur de plib⁹ spẽ in eo ꝙ q̃le. ⁊ etĩ eẽntial'r ꝑ se se-
cũdo mõ tm. tam ẽ hmõi ꝓꝑe passioẽs ↄseq̃n-
tes ↄpletũ eẽ spẽi nõ pñt ↄducẽ gen⁹ ad esse spẽi
neqȝ esse ꝑs ipi⁹ esse spẽi. ⁊ a fortiori neqȝ alia ac-
cidentia cõia q̃ sequũt̃ esse ↄpletũ indiuidui. ⁊ sic
pȝ ꝙ ista ꝑdcã diffiõ soli drẽ mag' ꝓꝑe ↄuenit

Sciendũ secũdo ꝙ quãuis differẽtia
magis propria siue diuisiua generis cõsequa-
tur esse generis. nõ tamen ꝓprie ꝓpt̃ hoc dicit̃

Q xxiiii. V. due vltie dĩe diffinitões sint bene assignate

Quantum ad secunda questionis partem

accidēs ꝭm rem. ſꝫ ſolū hꝫ modū accn̄tꝭ. Cuius rō eſt. q2 genus nō dū habet eē ꝯpletū ⁊ ꝑfectū ſimpliciter. ſed hꝫ eſſe ſubſtātialiter ꝑfectibile ꝑ differētiā ſicut materia ꝑ formā. ⁊ ideo dr̄ā non habet niſi modū accn̄tis. q2 nō inſequitur eē cōpletū generis ſicut ꝓpria paſſio ſpēi conſeq̄tur eſſe eius ꝯpletū. Nā ſpēs nō eſt plus potentialꝭ ſubſtātialiter. ſꝫ ſolū accidētaliter. ſcꝫ ad opationē accidētalē. hꝫ tamē dr̄ia modū accidētis in ordine ad genus inq̄ꝫtū ꝓrem eius inſeq̄tur. neqꝫ eſt de intellectu eius nec ecōtra.

Sciendū tercio ꝙ vt dicit dn̄s Albertus ꝙ ꝓpoſitio in q̄ p̄dicatur dr̄ā de gn̄e aliq̇d ꝑticipat de ſcd̄o mō dicēdi pꝰ ſe ⁊ aliq̇d de p̄mo. Pro q̄ꝫto em̄ genꝰ ꝯpatur ad dr̄iam vt p̄ncipiū originale ipius. ⁊ quodāmō vt ſubiectuꝫ formabile ꝑ ipam in hoc ꝑticipat aliq̇d de ſcd̄o mō dicendi per ſe. ſed q2 genus nō eſt de diffinitione dr̄ie ſicut ſbiectū de diffinitione paſſionis. ideo ibi nō eſt ꝓprie ſcd̄s modus dicendi per ſe. Siliter genus ⁊ dr̄ia ꝑ q̄ꝫto eādē eſſentiā realiter important in hꝫ ꝓpō illa aliq̇d ꝑticipat de p̄io modo dicēdi per ſe. Sed q2 dr̄ia nō eſt de intellectu generis neqꝫ ecōtra. iō nō ē ꝑfecte p̄mꝰ modꝰ dicēdi ꝑ ſe. ⁊ ſic talis p̄dicatō eſſentialis ē ꝭm rē. ⁊ accidētalis ꝭm modū.

Sciendū quarto ꝙ cū genus ſit ſubiectum formabile ꝑ dr̄ām ⁊ ſpēs ꝑ ꝓp̄ū ⁊ indiuiduū ꝑ accn̄s cōe. ⁊ ita rō ſubiecti inuenit̄ in pluribus oportꝫ ꝙ vni p̄mo cōueniat qd̄ ſit cā quare alijs cōueniat. ⁊ illd̄ primū ē genꝰ qd̄ eſt primū ſubiectū formabile ⁊ determinabile in natura. iō prius bene dicebat̄ ꝙ vniu̇ſale analogice dr̄ de quinqꝫ vl̄ibus. et p̄mo de genere q̄ remoto oīa remouētur. Et eſt aduertendum ꝙ licꝫ dr̄ia ſe habeat ad genus ſicut forma ad materiā. ⁊ in hꝫ dignior ſit genere. q2 tn̄ p̄ncipiatur originaliter a genere. iō nō fit reductio oīm p̄dicabiliū in vno p̄dicamēto ad p̄mū p̄ncipiū illiꝰ coordinatōis ad dr̄iam. ſꝫ fit reductio illa ad genus. Aduertendum eſt tn̄ ꝙ in differētijs vnius generis ⁊ vnius lateris bene eſt ordo ſupioris ⁊ inferiorꝫ nō tn̄ ꝙ actu ⁊ intellectu ſupius includat̄ in inferiori. ſꝫ ſolū v̄tualiter. ⁊ iō vna dr̄ia ſcꝫ ſupior nō hꝫ ordinē ad inferiorē que eſt generis ad ſpēm.

Sciendū quīto ꝙ licet dr̄ia ſit forma dicēs totū eē ſpēi ꝑ modū actus cōſtituētis ſola tamē dr̄ia nō ſufficit conſtituere ſpēm neqꝫ diffinire ſine genere. ⁊ hꝫ ꝓpter duas cās. Prima eſt. q2 differētia ſine genere cadit a ratione differētie. dr̄ia em̄ nō eſt niſi cōuenientiuꝫ genere. Scd̄a cauſa eſt. q2 q̄ꝫuis differētia dicat totum eſſe ſpēi nō tn̄ dicit ipm̄ ꝭm omnē moduꝫ neqꝫ eſt p̄mū principiū eſſe ſpēi ꝓpter cauſaꝫ iā dictā. iō nō ſufficit dr̄iam cōſtituere ſpēm. neqꝫ diffinire. neqꝫ etiam genus ſufficeret ſine differētijs. q2 etiā genus nō dicit eſſe ſpeciei ꝑ omnē modū. ⁊ ſic genus ⁊ dr̄ia ſimul req̇runt̄ ad cōſtitutionē ⁊ diffinitōem ſpeciei. Ideo dicit̄ ꝙ ſpēs ex genere ⁊ differētia cōſtituit̄.

Cōcluſio. predicta diffinitio eſt bona q2 verā naturā differētie ſignificat ⁊ alijs differētijs a dr̄ia magis ꝓprijs nullo mō conuenit. neqꝫ generi qd̄ licꝫ ſit pars eſſe ſpēi. non tn̄ ſeipm̄ conducit ad eē ſpēi. Rōes ante oppoſitū ſoluuntur ex dictis. De proprio

Queritur. vtrū ꝓpriū ſit vnū de q̇nqꝫ vniuerſalibus. Arguit̄ ꝙ nō. q2 propriū ⁊ ſingulare vnū ſunt. vt dicit grāmaticus. ꝗ proprium non eſt vniuerſale. Scd̄o arguit̄. propriū ⁊ vniuerſale h̄nt rōes oppoſitas. ꝗ vnuꝫ de altero nō poteſt verificari. In oppoſitū eſt Porphirius in libro ſuo.

Sciendū primo. ꝙ vt habet Boetius ꝓpriū vere dicit̄ qd̄ emanat ex ꝓprijs eſſentialibus principijs ſpeciei iā cōſtitute. ⁊ ſic nō emanat vere ꝓprium de genere ꝭm ꝙ genus eſt. neqꝫ de differētia ꝭm ꝙ dr̄ia eſt. Sed aduertēdū eſt ꝙ ꝓpriū nō emanat ex p̄ncipijs eēntialibus ſpēi abſolute cōſiderate. ſꝫ accepte ꝑ inclinatōnē ad materiā ⁊ indiuidua. ⁊ hꝫ mō duplicia ꝓpria conſequūt̄ ſpeciē. Quedā em̄ ſequuntur ſpēm rōe materie q̄ cōuenit ſpeciei. ſicut hominis ex ꝑte materie cōuenit ꝙ ſit oblōgi corporis et recte figure laterū ⁊ vnguiū ⁊ ſic de alijs. Alia vero ſequūtur ſpeciē ratōe forme ſpecifice. ſicut homini ꝑ hoc qd̄ eſt rationalis ꝓpriū eſt ꝙ ſit ammiratiuus de viſis ⁊ auditis. ⁊ de alijs obiectis cōprehenſis. Et quia ammiratiuus eſt ſuſpendit̄ ad inq̇ſitōem ⁊ inq̇ſitōe facta ſi apprehendat aliq̇d ꝑ modū cōuenientis ſeq̄tur delectatio. ⁊ pꝰqꝫ natura delectat̄ emittit ſpūs ⁊ calores ad faciē ⁊ ad ꝑtes exteriores. ex q̄ ſequitur dilatatio oris ⁊ alteratio viſus. ⁊ ſic fit riſus. ſed ecōtrario. ſi cōprehendat aliq̇d tamq̄ꝫ inconueniens ſeq̄tur triſticia ad quā ſequit̄ retractō caloris ⁊ ſpirituū ad cor. ⁊ cordis cōtricio. ⁊ ꝯſequenter cerebri cōpreſſio. ⁊ tandem humidi lachrymabilis expreſſio. ⁊ ſic fit fletꝰ. patet igit̄ qualiter āmiratiuū ⁊ ꝑ ꝯn̄s eē riſibile vl̄ flebile ſequūtur hoiem rōe forme ſpecifice ⁊ hec propria n̄ ſequūt̄ idiuiduū ꝭꝫ ꝙ hmōi. ſꝫ ꝭꝫ ꝙ ꝑticipat natūaꝫ ſpecificā ꝓpt̄ qd̄ ꝓp̄ū imediate l..

Q. xxx. vtrum ꝓpriū ſit vnū dꝰ q̇nqꝫ vlib3

nō absolute p̄dicatur de spē. ⁊ mediāte spē de indiuiduo. ⁊ sic pꝫ ꝙ vere ꝓpriū fluit ex essētialibus ꝑncipijs spēi iā in esse ꝯstitute. patꝫ vlterius ꝙ nō inseqtur spēm absolute. Cuius rō ē. qꝛ ꝓpriū nihil aliud est q̄ꝫ aptitudo q̄dam nature specifice ad agere vl' pati quod non cōuenit nature nisi ſm ꝙ est in ꝑticulari ⁊ in materia determinata. quia actus ⁊ operationes sunt singularium ⁊ suppositorum. Patet vlterius ꝙ duplicia sunt propria.

Sciendū scdo ꝙ ꝓpria que ꝯsequunt̄ speciem rōe forme sūt veriori mō ꝓpria q̄ꝫ illa que ꝯsequuntur spēm rōe matēie. quia illa q̄ cōsequuntur ipsam ratōe forme intransmutabiliter penit⁹ eā ꝯsequūtur in omnibus indiuiduis. alia vero licet in pluribus spēm ꝯsequāt̄. tn̄ pōt aliqn̄ repiri defectus. iō rō ꝓprij vt vl'e est distinctum ab alijs intelligenda est de illisque ꝯsequūtur spēm gratia forme. que q̇dem rō est Propriū est qō ꝯuenit oī soli ⁊ sp. ⁊ cōuersim p̄dicatur d' re ⁊ nō indicat quid ē eē rei. ⁊ ſm ꝙ alia ꝓpria magis vl' minus accedūt ad ꝯditōnes veri ꝓprij ſm hoc magis vel minus ꝓpa dicūtur. ⁊ ita ꝓpriū tercō mō qō ꝯuenit omni soli ⁊ nō sp verius est ꝓpriū q̄ꝫ ꝓpriū ꝑmo mō quod ꝯuenit soli sed nō omi. ⁊ ꝓpriuꝫ primo mō magis est ꝓprium q̄ꝫ ꝓpriuꝫ scdo mō. qō ꝯuenit omi sꝫ nō soli. Ex isto pꝫ ꝙ ꝓprium est qō inseqtur spēm rōe forme dūtaxat p̄dicabile dicit̄ distictū ab alijs. ⁊ alia ꝓpria reducūt̄ ad p̄dicabile qō est accn̄s. Ptꝫ vlteri⁹ ꝙ ꝓprium analogice dicitur de istis q̄ttuor mōis. q̄ꝝ sufficiētia patuit in expositōib⁹ sup̄ sūmulas. idō pro nūc relinquitur.

Sciendūꝫ tercio ꝙ per ꝓprium quod est vnū de quinqꝫ p̄dicabilibus rn̄detur ad interrogatōeꝫ factā ꝑ q̄le. nō q̇dē de gn̄e. qꝛ drn̄a est generis qualitas. sꝫ de spē. qꝛ ꝓpriū est q̄litas spēi. nō q̇dem eēntialis in ꝑmo mō ꝑ se. sed in scdo mō. ex q̄ patet ꝙ ꝓpriū nō predicatur ī quid sꝫ in q̄le. vt si querat̄ quid est sortes. rn̄detur ꝙ ē hō. ⁊ si q̄rat̄ q̄lis. respōdet̄ ꝙ risibilis ⁊ sic ꝓpriū in q̄le p̄dicatur

Conclusio Propriū est vl'e ꝓprie dcm̄ ⁊ ab alijs distictum. Primū ptꝫ qꝛ est vnū in multis ⁊ de multis dicit̄. Scdꝫ ptꝫ. ⁊ ꝑmo ꝙ distinguat̄ a genere ⁊ spē. qꝛ p̄dicat̄ in quale. sꝫ de drn̄a patꝫ. qꝛ p̄dicat̄ in quale eēntialiter tā q̄ꝫ aliq̇d de eēntia spēi. ꝓprium vero p̄dicatur eēnaliter. nō tāq̄ꝫ aliq̇d de aēntia speciei. sꝫ tāq̄ꝫ naturaliter ⁊ intransmutabiliter essētiam spēi consequens. ⁊ ꝑ hoc distinguitur ab accidēte qō pure accidētaliter in q̄le predicat̄. ⁊ ab extrīseco spēi ꝯuenit. Et sic patꝫ ꝙ p̄dicatō ꝓprij media ē inter p̄dicatōem pure eēntialē. ⁊ iter p̄dicatōem pure accidētalem.

Dubitat̄. Utrum ꝓprium qō insequitur spēm de genere subē sit suba. ⁊ ꝓpriū qō insequitur spēm de genere q̄ꝫtitat' sit q̄ꝫtitas. ⁊ ita de alijs p̄dicamētis. ⁊ videt̄ ꝙ sic. qꝛ ꝓpriū fluit a ꝓprijs ꝑncipijs essentialibus speciei. Sed hmōi ꝑncipia subē sunt si species sit sbstantia. g̊ cum ex sbstātijs nō fit nisi substātia septio methaphisice sequit̄ ꝙ tale ꝓpriū erit sbstantia. ⁊ ita argueretur de ꝓprijs specierū alioꝝ p̄dicamētoꝝ. Itē cum ꝓpriū p̄dicatur de spē sbiectū est de rōe p̄dicati. vt habetur ꝑmo posteriorum. Itē ꝓpriū p̄dicatur de specie vl' accidentaliter. ita ꝙ spēs ꝑ accidēs est causa ꝓprij seu cā eq̇uoca. ⁊ sic ꝓpriū nō p̄dicatur ꝑ se de specie. vl' spēs est causa ꝓprij ꝑ se ⁊ intrinseca. ⁊ sic suo causato dat esse nomē ⁊ rōem. g̊ ꝓpriū nō distinguitur eēntialiter seu realiter a specie. Oppositū satis patet ex dictis. Pro solutōe notāduꝫ ꝙ licet eadē sint ꝑncipia realiter ꝓprij ⁊ spēi non sunt tn̄ eadē ſm rōem neqꝫ in eodē genere cause. qꝛ principia speciei in rōne speciei ipaꝫ ꝯstituētia accipiunt̄ in rōe potentie ⁊ actus. ⁊ accipiunt̄ ante ꝯstitutōem spēi in suo esse specifico. ⁊ dicūtur principia spēi in genere cause formalis. Sed ipa eadē ꝑncipia accepta iā in eē specifico. ⁊ in esse speciei ꝯstituto. ⁊ ꝑ inclinatōem ad materiam ⁊ ꝑticularia dicuntur principia ꝓprij. ⁊ sic sunt extrinseca ꝑncipia ꝓprij in genere cause efficiētis ⁊ finalis illius ꝓprij. ⁊ ipsa species ex ill' ꝑncipijs ꝯstituta in rōe illorum ꝑncipioꝝ dicit̄ causa efficiēs ⁊ finalis ipsi⁹ ꝓprij ⁊ etiam causa materialis in qua. ⁊ sic patet ꝙ eadem sūt ꝑncipia spēi ꝑ se ⁊ ꝓprij. nō tn̄ vniuoca sꝫ equiuoca. Ex isto ptꝫ ꝙ ꝓpriū inseq̄ns spēm de genere sbstantie nō est suba sꝫ accn̄s. qꝛ tale ꝓpriū aduenit speciei post eius esse ꝯpletū qꝛ ꝓpriū nō est nisi natural' aptitudo ipsi⁹ spēi ad actōes vl' passiones mō clarū est ꝙ ꝑus ē aliq̇d habere esse in se q̄ꝫ posse agē vl' pati. ⁊ sic ptꝫ respōsio ad dubiū. qꝛ quod de vno dr de alijs dr. Ptꝫ etiā solutō rōnum ad oppositū dubij qꝛ ꝑma arguit de causa formali. ⁊ alie ꝓbāt ꝙ ꝓpriū ꝑ se p̄dicat̄ in scdo mō ꝑ se.

Dubitatur vtrū risibilitas sit ꝓprium hois. Rn̄det̄ ꝙ nō. sꝫ est ꝑncipiū ꝓprij. nā vt alias dictum est ad h' ꝙ aliq̇d sit vl'e nō sufficit ꝙ real'r sit forma toti⁹. sꝫ etiā oꝫ ꝙ ꝑ moduꝫ totius significetur. ⁊ vt in h̄nte ipam formā

Ad rationes ante oppositū: Ad pͥmā conceditur ꝙ ꝓpꝛiū vt est idem qd̓ singulare ꝛ h̷ aliq̇d nō est vl'e. sed nō sic accipitur in ꝓposito ꝓpꝛiū. ſꝫ accipitur vt idē est qd̓ adequatuꝫ alicui ſpēi. ꝛ sic ptꝫ ꝙ idē est ꝓpꝛiū ꝛ cōe respcū diuersoꝝ. vt risibile est ꝓpꝛiū respectu ſpēi humane. ꝛ est cōe respectu oīm eorum que ꝯtinētur sub ipsa specie. Ad scd̓aꝫ dꝛ ꝙ vl'e ꝛ ꝓpꝛium quod idem est ꝙ singulare habent opposi/tas rōnes. sed illud negaꝛ loq̄ndo de ꝓpꝛio qd̓ ꝓpꝛium dicit qꝛ speciei adequatū est. tale em̄ ꝓpꝛiū imediate de specie p̄dicaꝛ. ꝛ mediāte specie de indiuiduis. nec ex hoc seq̇tur qui sit vl'e. seu p̄dicabile ꝑ se. qꝛ vt dictū est nō inseq̇tur speciē absolute. ſꝫ magis inclinatā ad indiuidua. iō p̄dicatō ꝓpꝛij de spē nō est pure absoluta ſꝫ absoluta p̄dicatōe imediate p̄dicaꝛ de idiuiduis. ꝑ se eodē mō qd̓ dictū est.

Queritur. vtrū accidēs sit vnū vniuersale distinctū ab om̄ibus alijs. Arguiꝛ ꝙ nō distinguaꝛ a ꝓpꝛio. qꝛ eē qd̓ est vl'e est ſbstantia vl' accñs. ſꝫ ꝓpꝛiū nō est suba. g̃ est accidēs. ꝛ ꝑ ꝯñs ꝓpꝛium nō distinguitur ab accidēte. Et si dicatur ꝙ distinguaꝛ. qꝛ ꝓpꝛiū cōpatur ad substātiā vt ad ſbiectū ꝛ cāꝫ. ſꝫ accidēs ad substātiā ꝯpatur vt ad ſbiectū ꝛ nō vt ad cāꝫ. ꝛ in hoc hꝫ solū rōem accidēris. Cōtra hoc re/plicatur. qꝛ om̄e accñs causaꝛ a substātia. ꝛ in ſba ē ꝛ ꝑ ipaꝫ stabiliꝛ Cuiꝰ rō est qꝛ pͥmū i aliq̄ ordine ē cā scd̓i. modo in ordine ētiū ſbstātia est pͥmū ens. g̃ est causa accñtis. Et ꝯfirmatur qꝛ accñs diuidiꝛ in sepabile ꝛ in insepabile. ſꝫ insepabile dꝛ qd̓ hꝫ cām imobilē in ſbiecto. ergo ad substantiam comparatur vt ad causam nō distiguiꝛ a ꝓpͦ. Scd̓o arguiꝛ. si accñs eēt vl'e distictū ab alijs vl' p̄dicareꝛ in abstra/cto vl' in ꝯcreto. nō pͥmū qꝛ vl' dicrēꝛ genus vl' spēs. nec scd̓m. quia vl'e est simplex forma. ſꝫ tale ꝯcretum denominat formā concernētem ta/le subiectum. g̃ non est simplex forma. Tercō arguitur sic. accidēs nō hꝫ ꝓpꝛia idiuidua in q̇bus sit. ſꝫ ē in indiuiduis substantie. g̃ nō est ꝑ se vniuersale. In oppositū est Porphirius in libro suo.

Sciendum pͥmo ꝙ quinqꝫ vniuesalia in hoc ꝯueniūt qd̓ est eē in multis ꝛ dici de mltꝭ vniuoce ꝛ nō equiuoce. ꝛ qꝛ vnūquodqꝫ suo mō illis in quibus est dat esse nomē ꝛ ratōneꝫ sicut em̄ ab humanitate sortes dicitur homo. ita ab albedine dicitur albus. ideo optet ꝙ vl'e sit notio totius esse qd̓ dat ei in quo est nomē ꝛ rōnem. quare si vniuersale insit essentialiter ē notō totiꝰ esse subalis si vero accñtaliter insit ē notio totius esse accidentalis.

Sciendū secundo ꝙ ꝓpꝛium ꝛ accñs in hoc drn̄t. qꝛ ꝓpꝛium fluit ex essētialibꝰ pͥncipijs spēi que sunt penitus imobilia ꝛ formalia ſꝫ accñs fluit ex pͥncipijs indiuidui. que trans/mutabilia sunt ꝛ nō sunt adequata vni speciei ſꝫ indiuiduis pluriū spērum. iō ꝓpꝛiū dicitur accñs spēi. accñs vero dꝛ accñs indiuidui. ꝛ ex hac drn̄a data ex ꝑte causaꝝ seq̇tur alia in mō inherēdi in subiecto. ꝛ ꝯñter in modo p̄dicandi. ꝓpꝛiū em̄ insepabiliter ꝛ conuertibiliꝛ inē ꝛ p̄dicatur. accñs ꝟo ꝑ ꝯ̄rium sepabiliter ꝛ nō ꝯuertibiliter. Ex ꝑte em̄ causarū ꝓpꝛij ꝛ accñ/tis venit ꝙ accñs dicitur cōe vl' ꝓpꝛiū. accidēs cōe vocaꝛ etiā infinitū. qꝛ non habet in ſbiecto causā determinatā ad vnam speciē plus q̄ꝫ ad aliam. ꝛ eadē de causa dicitur ens ꝑ accñs. q̇a pͥncipia eius nō sunt eēntialia spēi. iō ꝑ accñs ē ꝙ pͥncipia ipsius accñtis ꝛ pͥncipia spēi in eodē supposito conueniūt. quare aggregatū ex subiecto ꝓ accñte dicitur ens ꝑ accñs. i. ens aggregatū ex naturis diuersorum p̄dicamentoruꝫ. Et ista de causa etiā in diffinitōe eius nō ponitur determinatū ſbiectū. qꝛ pͥncipia eius indeterminata sunt. ſꝫ in diffinitōe ꝓpꝛij ponitur deter/minatū subiectū. ꝛ ꝑ ꝯ̄rium vocatur accidens ꝑ se. ꝛ accñs finitū ꝛ accidens ꝓpꝛium propter causas contrarias.

Sciendū tercō ꝙ vniuersale est notio totius esse eius de quo p̄dicatur. ꝛ accidēs ꝓut ē vl'e distinctū ab alijs dꝛ in ordine ad subie/ctū cui accidit. ideo accñs in abstracto signifi/catū nō est predicabile qd̓ est accñs sed est genꝰ spēs vl' differētia. ideo soli accidēti in concretōne ad subiectū significato ꝯuenit rō accidentis vt est p̄dicabile distinctū ab alijs. ꝛ q̄ꝫuis tali ꝯcreto duo ꝯueniāt. s. subiectum ꝛ accidēs. tn̄ ꝓpꝛie loquēdo nō significat subiectū. ſꝫ signi/ficat accidēs ꝛ supponit ſbiectū. iō nō p̄dicatur ſm esse ſbiecti ſꝫ ſm esse accidētis qd̓ hꝫ in ſbiecto. ꝛ sic p̄dicatio ꝑ accñs vocatur.

Cōclusio: accidens est vl'e distinctum ab alijs ꝙ distinguitur a ꝓpꝛio satis patet per secundum notabile. ex quo clare videtur eiꝰ distinctio ab alijs.

Ad rationes ante oppositum: Ad pͥmā dꝛ ꝙ accñs pt̄ capi dupl'r. vno modo cōiter ꝓut distinguiꝛ ꝯtra ſbiectū qd̓ est substātia ꝛ sic ꝓpꝛiū est accñs. Alio modo capitur ꝓpꝛie ꝓ eo. s. quod fluit ex pͥncipijs indiuidui. ꝛ nō ex pͥncipijs spēi. ꝛ sic propꝛiuꝫ nō est accidens

textus rubeo ⁊ pallido coloribus ⁊ ceteris medijs coloribus nihil est contrariũ. Non cõuenit etiã soli qualitati qꝛ cõuenit actõi ⁊ passiõi et etiã positõi vt rarꝫ ⁊ densum ꝯriant̃ silr sursũ et deorsum. ⁊ sic de alijs. Sed hic formari pñt alique obiectões Prima ẽ qꝛ in iusticia hꝫ nomẽ priuationis. ergo nõ cõtrariat̃ iusticie Respondet̃ negãdo ꝯseqntiã. qꝛ illa priuatio fundat̃ in ꝯtrario habitu cui ꝓpriũ nomẽ nõ ẽ impositũ. ideo significat̃ ꝑ negationẽ sui cõtrarij. Scda obiectõ mot⁹ alteratõis ẽ inter q̄litates cõtrarias. sed in prima spẽ qualitatis nõ est alteratio vt hꝫ phs in q̄nto phisicorꝫ. ergo in prima spẽ qualitatis nõ est ꝯtrarietas. Rñdet̃ q̄ alteratio est duplex. quedã ẽ phisica ⁊ ꝓpe dcã q̄ est corruptiua rei q̄ alterat̃. ⁊ hec nõ ẽ inter ꝯtraria q̄cunqꝫ sed inter cõtraria actiua ⁊ passiuã ad inuicẽ aut causata a se inuicẽ actis ⁊ passiuis et hmõi. cõtraria sunt quattuor q̄litates prime et qualitates secũde causate ab ipsis que sunt ĩ tercia specie qualitatis ad quã speciem solum ẽ alteratio proprie dicta. Alia est alteratio large dicta que nõ est corruptiua sed magis perfectia que est mutatio subiecti de cõtraria q̄litate in ꝯtrariam aut de ꝓuatõe in habitũ absqꝫ corruptione ipsi⁹ sbiecti ⁊ hec bene reperit̃ in ꝓma spẽ q̄litatis. Tercia obiectio contingit phisice moueri de medio colorẽ in extremũ ⁊ de vno medio in alterũ. ergo medio colori est aliq̄d cõtrariuꝫ. Rñdetur q̄ cõtrarietas accipi potest dupliciter. Vno mõ ꝓprie scꝫ ꝑ maxima distantia ⁊ completa eorꝫ q̄ sb genere cõtinentur. ⁊ hoc mõ medio colori nihil est ꝯtrariũ. Alio mõ capit̃ contrarietas large ꝑ distantia aliquorꝫ sb eodẽ genere cõtentorꝫ licꝫ nõ sit maxima ⁊ completa et hec cõtrarietas sufficit ad phisicũ ⁊ hoc mõ medio colori est aliq̄d cõtrariũ. Quarta obiectio in ethicis dicitur q̄ mediũ virtutis vtriqꝫ extremorũ cõtrariatur q̄ extrema sunt vicia. ergo a simili videt̃ q̄ medius color vtriqꝫ extremo cõtrariet̃. Rñdetur q̄ mediũ virtutis potest dupl'r cõsiderari. Vno mõ q̄ꝫtum ad sbam ⁊ circũstantias actus ⁊ sic mediat virtus inter duo vicia ⁊ cõtrariatur vtriqꝫ cõtrarietate incõpleta que est medij ad extrema. Alio mõ pt cõsiderari medium virtutis formaliter. scꝫ sub rõe boni et vicia opposita sub ratione mali. ⁊ hoc mõ virtus contrariatur vicio contrarietate completa que est extremi ad extremum. Quinta obiectio ꝛm ea que dicta sunt in predicamento ad aliquid. de cõtrarietate relatiuoruꝫ ꝛm dici videt̃ q̄ ꝓme cõtrarietates ⁊ ꝓma cõtraria sunt in genere q̄litatis. ⁊ tamẽ cõtra istud videt̃ ẽẽ qꝛ rarꝫ et densum licet sint prima cõtraria sunt tamẽ in genere positionis. Rñdetur q̄ in veritate cõtrarietas ꝛm cõpletã ⁊ perfectam rationem cõtrarietatis q̄ requiritur q̄ cõtraria actõe ꝓpria ⁊ per se mutuo se expellant ab eodẽ susceptibili ꝓmo inest q̄litati. ⁊ isto mõ prima ꝯtraria sunt calidum ⁊ frigidũ humidũ ⁊ siccũ. ⁊ adhuc ꝯparatiue loquẽdo calidũ ⁊ frigidũ sunt simpliciter ꝓma cõtraria. qꝛ humidũ ⁊ siccum respectu calidi ⁊ frigidi dicũtur qualitates passiue ⁊ calidũ et frigidum sunt effectiua rari ⁊ densi. si tñ attẽderet̃ ordo inter cõtraria ex pte materie. sic rarũ et densum essent ꝓma contraria. sed attendẽdo ordinẽ ex parte agentis calidũ ⁊ frigidũ sunt ꝓma contraria. qꝛ agẽs simpliciter precedit patiens ⁊ ita generaliter loquẽdo verꝫ est q̄ inter q̄cunqꝫ est cõtrarietas sunt qualitates ꝛm rẽ vel habent modũ qualitatis aut hoc ipsis cõuenit ratione q̄litatis. Ex ista ꝓprietate infert phs q̄ si vnũ cõtrariorꝫ fuerit quale reliquũ erit quale. Cuius causa est. qꝛ contraria semꝑ sub vno et eodem genere posita sunt.

Conclusio secũda. quale suscipit magis et minus. hanc conclusionꝫ probat phs sicut precedentem. probatur etiam aliunde quia in qualitate est contrarietas. ergo intẽsio ⁊ remissio. de hac proprietate etiam dicit textus sicut de prima q̄ non conuenit soli neqꝫ etiam omni qꝛ non cõuenit qualitatibus de quarta specie q̄litatis cũ spẽs earꝫ in indiuisibili cõsistant nec cõuenit etiam qualitatibus in abstracto significatis. qꝛ nomẽ abstractũ dicit simplicem formã qualitatis. ⁊ eã significat vt in termino. iõ nõ proprie dicitur ꝛm magis ⁊ min⁹. sed de cõcretis denominatiue dictis a qualitatibus de ꝓma specie ⁊ de tercia nõ est dubium quin dicãt̃ ꝛm magis ⁊ minus. Unde Arestoteles q̄ꝫuis non soluat istam instantiam in textu de qualitatibus in abstracto significatis que non videntur dici ꝛm magis ⁊ minus quam tñ instantiam mouet in textu. potest tamen dici sicut dictum ẽ. Sꝫ de modo quo fit intensio ⁊ remissio in qualitatibus triplex fuit secta antiquorum Plato eñi ponit intensionem ⁊ remissionem fieri in q̄litatib⁹ ꝓme ⁊ tercie specierũ quas dicebat esse dona deorum per immissionem boni diuini. ita q̄ ille cui plus immittebatur de sciẽtia ⁊ virtute erat magis sciens ⁊ virtuosus et ille minus cui minus immittebatur. Hãc positionem pro parte secuti sunt nominales q̄ et moderni dicuntur ponentes intensionem fieri q̄dẽ per additionem gradus ad gradum quod penitus impossibile est quia supposita

[46]

idẽptitate specifica non potest fieri numeralis
multiplicatio accidentis nisi p subiecta. igitur
impossibile est q in eodẽ subiecto repiant gra/
dus q̄litatis solũ nũero distincti. Item q̄litas
fm ei᷒ eẽntiã simplex ẽ ꝛ indiuisibil'. g̃ impossi
bile ẽ ponere grad᷒ numeral'r distinctos in eẽn
tia aut intentione q̄litatis. Alia secta fuit epi/
curoꝝ ponẽtiũ intẽsionẽ ꝛ remissionẽ fieri in q̄
litatibus fm ptes subiecti q̄ztitatiuas vt illud
dicatur magis albũ cui᷒ ptes plures albe sunt
et minus cui᷒ pauciores. ꝛ adhuc hec opinio ẽ
insufficiens. qꝛ videmus vnũ paruum corp᷒
esse multo albi᷒ q̄z corp᷒ aliqd̄ eo multo mai᷒
sicut margaritã equo albo. Tercia fuit secta A
restotelis ꝛ pypoteticorũ dicentiũ intensionez
et remissionẽ in q̄litatibus fieri fm q̄litatis in
herentiã q̃ q̇dem inherentia q̄litatis ex pte du
orũ cõsiderari pt scz ex pte subiecti cui inheret
q̄litas ꝛ h̄ mõ cõsiderãdo fit intẽsio ꝛ remissio
fm q plus vl' min᷒ aptat subiectũ ad q̄litatẽ re
cipiendã. Alio mõ pt cõsiderari inherẽtia ex p/
te q̄litatis inherẽtis q̃ quidẽ qualitas vl' hꝫ ꝯ
trariũ vel nõ. si habeat tũc intensio ꝛ remissio fi
unt fm sepationẽ ꝛ pmixtionẽ ꝯrij. si nõ habe/
ant tunc attẽdunt magis ꝛ minus fm maiorẽ
et minorẽ accessum ad veꝝ nature terminũ h̄ ẽ
ad verã nominis impositionem. ꝛ hec via Are
stotelis est tenenda

Conclusio tercia. pprium est qualitati
omni ꝛ soli ꝛ semp cõueniens fm eã sil'e vl' dis
simile dici. Istã ppriẽtatẽ pbat phs exẽplo ꝛ
inductione. Probat etiã aliunde qꝛ vnũ in q̄
litate facit sil'e sicut dicebat prius in capitulo
de q̄ztitate ꝛ diuersum dissimile. iõ dicit Boeci
us q sil'itudo est reꝝ differẽtiũ eadẽ q̄litas ꝛ de
bet intelligi eadẽ in spẽ specialissima. debꝫ etiã in/
telligi q vtriqꝫ subiecto inest simpl'r vl' vtriqꝫ
fm qd̄ qꝛ alias nõ deberẽt dici similia sꝫ mag
dissimilia. Et circa spẽs q̄litatis mouꝫ phs q̄z
dam dubitationẽ. Naz inter ipas enumerata
sunt multa q̃ relatiã esse videtur vt habitus. ꝛ
dispositio mõ illõ videt eẽ contra doctrinã phi
qꝛ dixerat diuersoꝝ generũ ꝛc̄. Rñdetur q ni
hil refert aliqua dici adaliquid fꝫ genus ꝛ nõ
fm speciem. ꝛ hoc veꝝ est in relatiuis fm dici ꝛ
nõ fm esse. Nã si gen᷒ est adaliquid fm esse ita
et species sub eo contente. mõ ea que enumerata
sunt inter species qualitatis que videntur esse
relatiua sunt relatiua fm dici ꝛ nõ fm eẽ. exem
plificat textus de grammatica ꝛ musica quebe/
ne dicuntur adaliquid sub nomine generis nõ
tamẽ sub nomine speciei.

Ad rationes añ oppositũ. ad primam
concedit q nõ debeant dici pprietates fm ali/
quẽ modum proprij vt dicit textus. sed pos/
sunt dici q̇dam accidentia conuenientia q̄lita/
tibus de prima ꝛ tercia speciebus ꝛ adhuc non
omnibus. Ad secundã dicit q genus dꝛ eẽnal'
similitudo suaꝝ spẽꝝ ꝛ spẽs suoꝝ indiuiduoꝝ.
sed eẽntialis sil'itudo nõ est sil'itudo proprie di/
cta. sed solũ fm q̇d vt patꝫ ex diffinitõe sil'itu/
dinis quã assignat Boetius.

Queritur. vtrum sex vltima p̄dicamen
ta causent a q̄ttuor primis. Arguit q nõ q̇a
sequeretur q non essent predicamenta. Conse/
quentia tenet quia predicamenta dicuntur pri
ma rerum principia. quod autẽ est ab alio cau
satum non ẽ primuz. ergo. ꝛc̄ In oppositũ ar
guitur qꝛ sex vltima predicamenta causantur
ex cõpatione aliorum quattuor. nã actio a na/
turali potentia actiua cõparata ad illud quod
agenti fm talem potentiã subijcitur causatur.
Sed passio causatur a naturali potentia pas/
siua cõpata ad ipsum agens. Quãdo autez ex
adiacentia temporis ad rem temporalem cau/
satur. Et vbi ex circumscriptione actiua loci et
passiua locati. Positio vero ex ptibus ordina
tis in toto ꝛ loco. Et habitus ex ꝯpatione rei
habite ad rem hñtem. ꝛ ita patꝫ q ista sex predi
camenta ab alijs causantur.

Sciẽdũ pmo. q vt alias dctum est
predicta predicamenta hñt simplices modos
p̄dicãdi. alia vero sex predicamenta hñt mõs
predicãdi mixtos quẽadmõm quodlibet illoꝝ
aliqd̄ de absoluto ꝛ aliquid de respectiuo inclu/
dit sicut patuit in inductione fcã post opposi/
tum ꝛ ita sex vltima p̄dicamẽta cãntur a q̄ttu/
or pmis. non tñ sicut inferiora a suis superio/
ribus cãntur formaliter. sed magis se hñt q̄t/
tuor pma cãndo sex vltima materialiter ꝛ effec
tiue. Et ob h̄ qꝛ phs late de hijs q̄ttuor deteria
uit. ideo breuiter de alijs sex se expedit qꝛ si cog
noscãtur q̄ttuor pma cũ generali enumeratõe
oim generꝝ posita in pncipio secũdi tractat᷒ h᷒
libri pñt ista sex bene cognosci.

Sciendũ secũdo q actõ ẽ causa passio
nis. iõ de actõe ꝛ passione sil' tractat. Arestotel'.
qꝛ tñ actio a natũali potẽtia actiã cãtur q̃ orit
a forma. passio ṽo a natũali potẽtia passiua q̃
orit a matia. iõ pus ṽbũ facit de actõe q̄z de pas
sione. Et qꝛ actõ ꝛ passio originãt a pricipijs i
trĩsecis sbe q̃ sñt matia ꝛ forma. Qñ ṽo vbi ꝛ
habit᷒ cãntur a ꝯpatõe alicui᷒ extrĩseci ad sbaz
et positio causat ex ꝯpatõe nõ simplici sꝫ ptiuz
integraliũ ad inuicẽ ad totũ ꝛ ad locuz. iõ pus
loquitur phus de actione ꝛ passione q̄z de alijs

Sciēdū tercio. ꝙ omnis vox reducit
ad predicamentū actionis que significat actū
agentis effectiue procedere in patiēs ⁊ ibi actō
accipitur large nō ponēdo dr̄nam inter actōez
et factionē. Et ꝗuis actio ⁊ passio ⁊ agere ⁊ pa
ti idē significēt. q₂ tñ agere ⁊ pati notiori mō
significāt q₂ ꝰm actū exercitū significāt actōem
et passionē. Actio aūt ⁊ passio significāt noia/
liter p modū habitus ⁊ q̄etis. ideo Arestoteles
ꝟbaliter p agere ⁊ pati notificat ista duo p̄dica
mēta. Sil'r oīs illa vox reducit ad p̄dicamen/
tū passionis q̄ significat receptionē agētis actꝰ
in passuz. siue talis actus receptus sit passi cor
ruptiuus aut perfectiuus. ⁊ ita accipitur h̄ pas
sio large ꝓut se extendit ad passionē pfectiuā ⁊
corruptiuā. Sed oīs illa vox reducit ad p̄di/
camentū qn̄. q̄ significat aliq̄d eē in tp̄e ꝰz aliq̄z
tp̄is dr̄nam vt fuisse heri hodie esse. Illa autē
vox reducit ad vbi q̄ significat aliq̄d esse in lo
co ꝰm ꝗcunq̄z loci dr̄nam vt eē surium. esse in
domo. ⁊ sic de alijs. Sed illa vox reducit ad p̄/
dicamentū sitꝰ q̄ significat ordinē ptium in to
to ⁊ loco vt sedere ⁊ stare. de q̄bus in p̄dicamē/
to ad aliq̄d dicebat ꝙ nō sunt positiones ꝫ de/
noiatiue dicunt a positionibꝰ. Sed ad p̄dica
mentum habitus reducit ur illa vox q̄ signifi/
cat applicatōem rei habite ad h̄ntem ꝰm quam
res habita figurat ad figurā habentis.

Sciēduz quarto. ꝙ vt habz textꝰ due
sunt ꝓprietates actōis ⁊ passionis scz habere ꝯ
trariū ⁊ suscipe magis ⁊ minꝰ. exēpla patēt i tex
tu. ⁊ hee ꝓp̄etates neq̄z om̄i neq̄z soli ꝯueniūt
cōueniūt aūt illis actōibus ꝯ̄ria habere ⁊ susci/
pere magis ⁊ minꝰ ⁊ sil'r passioibus ab eisdē illa
tis. que a naturalibꝰ potētijs actis causantur ⁊
ita ꝯtrarietas ⁊ intentio ⁊ remissio repiūt in ac
tōe ⁊ passione grā q̄litatū supra q̄s fundēt. Ali
am ꝓp̄etatē actōis poit au. summ'laꝝ quā acci
pit ab autoē sex p̄ncipioꝝ q̄ ē ꝓp̄ū ē actōis ex se
iferre passionē ⁊ ex adūso ꝓpriū ē passioi iferri
ex actōe. De diffinitōibꝰ actōis ⁊ passionis ⁊
aliorum p̄dicamētoꝝ ⁊ de ꝓprietatibꝰ eorūdez
alias latiꝰ determinabitur.

Conclusio: sex vltima predicamēta cau
santur a quattuor primis nō tñ sicut inferiora
formaliter a suis supioribus. Prima ps satis
ostensa est post oppositum. ⁊ secundā partē sa/
tis probāt rōes ante oppositū.

Querit vtꝝ sint tm̄ quinq̄z postp̄dica
menta scilicet oppō priꝰ simul motus ⁊ habere
Arguitur primo ꝙ ista nō sunt postp̄dica/
mēta. q₂ postp̄dicamentū dicit qđ ad vnū ge/
nus reduci nō potest. Sed ista ad vnum genꝰ
seu p̄dicamentū reducūtur id est ad p̄ncipiū re
lationis. g̃ ⁊c̄. Secūdo sic. habere est p̄di/
camentū distinctū ab alijs. ergo nō est postpre
dicamentū. Tercio sic. si cognitio istoꝝ sit
necessaria ad cognitionē p̄dicamentoꝝ haben/
daz seq̄tur ꝙ debuisset p̄mitti eoꝝ determinatō
determinationi p̄dicamentoꝝ. In oppositū est
autoritas phi in textu

Sciēduz p̄mo. ꝙ postq̄z phs deter/
minauit de ipsis p̄dicamētis ꝓut p̄dicamētuz
dicit coordinationē p̄dicabiliū ⁊ subijcibiliū
sub aliquo vno p̄mo qđ est p̄ncipiū illiꝰ totius
coordinatōis. Cōsequēter in tercia pte p̄ncipa
li huius libri determinat de q̄busdā q̄ nomini
bus suis ordinabilitatē dicūt ⁊ tamē ad vnū
genus reduci nō possunt. sed in pluribꝰ reperiū
tur. que sunt oppositio prius simul motus et
habere. ideo necesse fuit de ipsis facere tractatuz
specialē vt cōpleat coordinatio quocūq̄z mō or
dinabiliū ⁊ p̄dicabiliū anq̄z determinet de com
positōe ⁊ diuisione q̄ sunt actus rōis scđi. ⁊ sic
patz q̄d sit postp̄dicamētuz. Est em̄ aliqđ suo
noīe coordinabile qđ tñ ad vnū genus p̄dica/
mentale reduci nō pt. sed in pluribꝰ reperit. Ali
ter aūt solet diffiniri postp̄dicamentū sic. Qđ ē
quoddā traditū ab Arestotile. post specialē de/
terminationē p̄dicamētoꝝ valens ad cōpletaz
et pfectā cognitionē eorūdē habendā ⁊ sic patz
ordo ⁊ finis huius partis.

Sciendum secūdo. ꝙ quamuis ea que
sunt opposita ⁊ prius ⁊ simul sint res seu entia
q̄ cōsiderat phisicꝰ ⁊ methaphisicꝰ rōe tamē op
positionis prioritatis ⁊ simultatis ptinēt ad
consideratōem logicā eo ꝙ intentōes istoꝝ no/
minū oppositio prius ⁊ simul dicūt rōem cu/
iusdam ordinationis. Sil'r licz motꝰ ꝰm illđ
qđ est sit res quā cōsiderat phisicꝰ. reductō tam̄
spērū motꝰ ad motū taq̄z ad cōe analogū ⁊ etiaz
reductio diuersaꝝ spēꝝ motꝰ ad diūsa p̄dicam̄
ta ad logicū ptinz. licz etiā ex pte h̄ntis sumat
vnū spēale p̄dicamētū, ex pte tñ rei habite nō pt
sumi vnū p̄dicamētū q₂ res habita in m̄tis re
pit. ⁊ licz tal'res q̄ habet nō sit de cōsideratōe lo
gici. reductio tñ illiꝰ rei ad suū p̄dicamētū. ⁊ etiā
coordinatio eius ad qđ hz cām q̄ p intentōem
huiꝰ nois habere significat ad logicū ptinet

Conclusio tm̄ quinq̄z sunt postp̄dica/
menta. Probat q₂ postpredicamentum ē qđ/
dā coordinabile qđ ad vnū genꝰ reduci potest
aut ergo tale ordinabile sumitur penes diuer/
sitatem omnium generum aut penes ea que in

genere sunt cōtenta. aut penes reductionē oīm generꝝ ad substantiā. Si pͥmū sic est oppositio que ē causa pͥma oīs diuersitatꝭ. vt hꝫ Boeci⁹ Si scd̄m sic ē habere Si terciū h̄ est dupl'r aut sumiť penes ea q̄ ꝑ se ⁊ directe in genere sunt ꝯtenta. ⁊ sic est pͥus qꝛ illa q̄ sic in genere cōtinentur sunt gen⁹ ⁊ spēs gen⁹ aūt pͥus est spē. aut sumitur penes ea in quib⁹ stat coordinatio tota cuiusmōi sun indiuidua. ⁊ penes ea per que fit diuisio coordinatorꝝ cuiusmōi sunt dr̄ne. ⁊ sic sumiť sil'. Nā indiuidua siml' sunt sub spē ⁊ species sb̄ genere Et qꝛ in q̄libet genere reperitur potentia ⁊ actus ⁊ de potētia nō fit exitus in actū nisi per motū. ideo mot⁹ aliq̄ mō est in om̄ibus generibus ⁊ ꝺm h̄ sumiť postp̄dicamētū qd̄ est mot⁹ ⁊ sic pꝫ sufficiētia p⁹p̄dicamētorꝝ ꝑ quā etiā satis patet ordo ipsorum

Dubiať vtrꝫ sint tm̄ quattuor genera oppositōis. scꝫ oppō relatiua ꝯtraria pͥuatiua ⁊ cōtradictoria. Arguiť pͥmo ꝙ de oppōe nō sit h̄ agēdū. qꝛ oppositio hꝫ fieri inter ꝓpōes de q̄bus h̄ nō agiť. ergo ⁊c̄. Scd̄o ꝙ nō sīt q̄ttuor genera. qꝛ oppō est relatio q̄dā. relatio aūt est forma eorꝝ q̄rū vtrūqꝫ ē ens actu. ergo inter affirmationē ⁊ negationē nō ē oppō. nec etiā inter pͥuatōem ⁊ habitū. Tercio sic relatia posita se ponūt ⁊ perempta se ꝑimūt. ḡ inter ea n̄ est oppō. ꝯseq̄ntia tenꝫ qꝛ natūa oppositorꝝ est ꝙ posito vno expellať reliquū. Quarto sic cōtraria sunt forme positiue. sed ens nō opponiť enti. sicut neqꝫ bonū bono. neqꝫ verꝝ v̄o. ḡ cōtrarietas nō est oppō. In oppositū ē .p. in textu.

Sciendum pͥmo ꝙ forma oppōnis in reb⁹ ip̄is nō ē nisi potētialiter. ⁊ est actualiter et cōpletiue in rōe ⁊ a rōe. ⁊ ob h̄ qꝛ nostra ratio potest apphēdere nō ens vt rē q̄dā positiuā sꝫ vt aliq̄d oppositū enti. iō intentō oppositōnis inter ens ⁊ nō ens fundari p̄t. q̄uis talis oppō q̄ est inter ens ⁊ nō ens nō est real' sꝫ rōis tm̄. eo ꝙ nō hꝫ duo extrema actu existentia

Sciendū secūdo ꝙ oppō ꝺm gen⁹ bn̄ dr̄ adalquid. nō tamē dicitur ꝺm suas species adaliq̄d. Ex q̄ pꝫ ꝙ oppō nō ē relatō ꝺꝫ eē. sꝫ solū ꝺꝫ dici. mō nihil ꝓhibꝫ q̄n intēdū aliq̄d ꝺm gen⁹ ⁊ suo noīe cōi ē adaliq̄d ꝺꝫ dici. tn̄ ꝺꝫ spēs ei⁹ in alio p̄dicamēto repoīť sicut patuit de scīa

Sciendū tercio ꝙ oppō ē repugnātia aliq̄rū nō ꝑmittētiuꝫ se sil' in eodē subiecto respectu eiusdē ⁊ hec diffinitio vt habet Boecius om̄ibus oppositis cōuenit

Sciendū quarto ꝙ oppō nō diciť vni uoce de q̄ttuor generib⁹ oppōnū sed analogice. qꝛ primo dr̄ de ꝯtradictoria ex eo ꝙ ē ꝺm affirmatōem ⁊ negatōem simpl'r. scd̄o de pͥuatiua qꝛ pͥuatio ē negatio q̄dā. tercio de ꝯtraria qꝛ ꝯrie forme eēntialē hn̄t repugnātiā ꝺm rōnes suas specificas ꝺm q̄s sb̄ vno cōi genē ꝯtineť. q̄rto ⁊ vltio de relatia qꝛ relatm̄ ⁊ correlatm̄ ꝺm suas formas specificas nō hn̄t inter se eēntialē repugnantiā ymmo se cōpatiūtur in eodē. sꝫ repugnantiā hn̄t respectu vnius tercij.

Conclusio. tm̄ quattuor sunt spēs oppositōis. qd̄ sic patꝫ qꝛ oīs oppō ē repugnātia q̄dā. vl' ergo talis ē entis ad ens aut entis ad n̄ ens. Si pͥmū h̄ est dupl'r aut illa duo entia se expellūt ab eodē subiecto respectu eiusdē ꝺm actū ⁊ potētiā. ⁊ sic ē relatia oppō. aut ꝺm actū tm̄ ⁊ nō ꝺm potētiā. ⁊ sic ē ꝯria. Si v̄o sit repugnātia entis ad nō ens. h̄ ē dupl'r aut illd̄ nō ens nullo mō ē ens. ⁊ sic ē ꝯdcōria oppō. aut ē ens ꝺm q̄d ⁊ sic ē oppō pͥuatiua. pͥuatio em̄ relinq̄t sb̄am cū potētia ad hītū ex eo ꝙ dr̄ ens ꝺm q̄d.

Ad rationes dubij dr̄. ꝙ dupl'r est oppō. quedā ē oppō q̄ ꝯsistit in mōis enūciādi id p̄dicatū de eodē sb̄iecto ⁊ de tali agiť in libro peri hermenias. Alia ē oppō entiū nō ꝑmittētiū se in eodem subiecto. ⁊ de tali agiť h̄ ꝺm ꝙ per terminos incōplexos significantur talia entia opposita. Scd̄a ratio soluta est sil'r tercia. Ad vltimā diciť ꝙ etiā in om̄ibus formis positiuis q̄ cōtrarie opponūtur q̄dāmodo clauditur oppositio pͥuationis ⁊ habitus ⁊ ꝺm hoc ꝑticipant rōem oppositionis.

Ad rationes an̄ oppositū. ad primā ⁊ ad secundam patuit solutio. Ad terciā dicitur ꝙ cognitio istorū postpredicamētorꝝ magis subseruit cognitōi ꝓprietatū ipsorum predicamentorum. ⁊ ideo valet ad cōplementum cognitionis predicamentorum habendum. et non simpliciter necessaria est neqꝫ valet etiam ad cognoscendum ea in se

Queritur. vtrum relatiua oppositō sit distincta a cōtrarijs. Arguiť ꝙ non. qꝛ ꝺm ꝙ cōtraria sunt mutuo ad inuicē referūtur ḡ n̄ differūt. Scd̄o sic. videť ꝙ diffinitio contrariorꝝ non sit bene posita. qꝛ Petr⁹ hispanus dicit sub eodē ea genere eē posita. ph̄s v̄o dicit quandoqꝫ sub eodē genere ⁊ quandoqꝫ sub diuersis. In oppositū est ph̄s in textu. Et pͥmo videbiť de oppositione relatiua. scd̄o videbitur de oppositione contraria

Sciēdū pͥmo. ꝙ relatiue opposita dicuntur quecunqꝫ hoc ipsum quod sunt aliorū dicunť eē vel quomodolibet aliter. per primam

particulam intelligunt relatiua ꝫm esse siue ꝫ
rē vt duplū ꝛ dimidiū. ꝑ scd̄am ꝑticulā relati
ua ꝫm dici vt disciplina ꝛ disciplinatum

Sciēdū secūdo. ꝙ aliud est loqui de re
latiuis inq̄ztū relatia sunt ꝛ alid̄ est loq̄ de relati
uis inq̄ztū opposita sunt. Inq̄ztū em̄ relatia s̄t
posita se ponūt ꝛ pempta se perimūt. s̄ inq̄ztuz
opposita sunt expellūt se ab eodē susceptibli ꝫ
actū ꝛ potentiā ꝛ hoc respectu eiusdem

Sciēdū tercio. ꝙ inter relatm̄ ꝛ suū cor
relatiuū nō ē oppositio essentialis ꝑut absolu
te attendit ꝫm rationes formales suarū spēꝝ a
lias em̄ ois paternitas omni filiationi oppone
retur ꝛ sic nō pn̄t eē simul in eodē subiecto cui⁹
oppositū reperitur. Est ergo oppositio inter ip
sa accidentalis ꝛ nō absoluta. sed in respectu ad
aliqd̄ extrinsecū. vn̄ nō stat ꝙ idē sit pater ꝛ fili⁹
respectu eiusdē ꝛ in hoc differt relatiua oppō a
cōtraria. q2 cōtrarietas est eēntialis opposito q̄
absolute attendit ꝫm rōes formales specierū q̄
cōtrarie opponunt. ꝛ iō vna forma contraria a
tota specie sua alteri opponit. neq3 ꝫm actum se
permittūt in eodē subiecto. vt ois albedo omni
nigredini opponitur

Sciendu3 quarto. circa oppositione3
cōtrariā ꝙ cōtraria sunt q̄ sub eodē genere posi/
ta sunt ꝛ maxime a se inuicē distāt. ꝛ ab eodem
susceptibili mutuo se expellūt cui vicissim inst̄
nisi alteꝝ eoꝝ insit a natūa. q̄zuis em̄ mediū cō
paratū ad extrema ꝯtrariat extremis nō tn̄ max
ime distat ab eis nisi inq̄ztū ꝑticipat alid̄ extre/
mum qd̄ maxime distat

Sciendū quinto. ꝙ cōtraria notificat
Arestoteles in textu ꝑ diuisionē dicēs contra
rioꝝ q̄dā sunt talia quoꝝ necesse est semꝑ alteꝝ
ineē eoꝝ susceptibili. ꝛ hec dicūtur immediata
exemplificat textus vt sanum ꝛ egrū circa cor/
pus aīalis. par ꝛ impar circa numeꝝ Alia sunt
contraria quorum nō est necesse sꝑ alterū inesse
suo susceptibili vt sunt albū nigꝝ. exēplu3. dat
textus de prauo ꝛ studioso. nō em̄ ē necesse om
nem hoīem habitualiter esse studiosu3 vł pra
uum. mō ph̄s in textu capit ista duo vt desig/
nant habitus diuisos. Et si obijciat inter q̄cun
q3 cōtraria est mot⁹. omis aūt mot⁹ fit de extre/
mo in extremū ꝑ mediū ergo nulla sunt cōtra/
ria immediata. Rn̄det ꝙ cōtraria pn̄t duob⁹
modis cōsiderari. Uno mō per cōꝑatione3 ad
subiectū quod est in potētia ad vtꝝq3. ꝛ h̄ mō
inter q̄cunq3 contraria est mediū qd̄ est ipsum
subiectum. Alio mō possunt cōsiderari ꝫm su/
as intentōes simplices quib⁹ significant simpli
ces formas. ꝛ isto mō bn̄ sunt aliqua contraria
immediata sic ꝙ inter ipsa non sunt media for
maliter distincta ab ipsis que sunt eiusdem ge/
neris ꝛ causantur ex ꝑmixtione causaꝝ ipsorū
extremorum cuiusmodi sunt cōtraria que cau/
sam sue cōtrarietatis accipiūt ab equalib⁹ in q̄/
bus fundantur. ꝛ huiusmodi contraria sunt
immediata. quia ratio equał in indiuisibili cō/
sistit sicut sunt sanū ꝛ egrū. sanum em̄ in equali
tate cōsistit ꝛ egrum in inequalitate. Et si dicat
ꝙ medic⁹ dicat esse medium inter sanū ꝛ egrum
vt cū aliquis cōualescit ꝛ incipit languescē. Di
citur ꝙ medic⁹ considerat sanū ꝛ egrū per cōpa/
rationem ad subiectum.

Sciēdū sexto. ꝙ in aliquibus contra/
rijs mediatis sunt noīa imposita sc3 in illis in
quibus forme cōtrarioꝝ sunt permiscibiles ad
forme medie cōstitutionē vt ē in colorib⁹ odo/
ribus. ꝛc. In aliquib⁹ aūt noīa nō sunt imposi
ta medijs sc3 in illis in quib⁹ forme ꝯrioꝝ nō
sunt permiscibiles ad determinationem forme
medie. sed medium in talibus terminatur ꝛ de
nominatur per abnegatione3 vtriusq3 extremi
vt medium inter prauum ꝛ studiosu3 dicit qd̄
nec est prauum nec est studiosum.

Conclusio. relatiue opposita sunt di/
stincta a cōtrarijs ꝛ etiā ab omnibus alijs op/
positis. Probatur. q2 relatiua opposita dicūt
ad conuertentiā hoc aūt alijs oppositis nō cō
petit. ergo ab illis distinguūtur. Item relatiue
opposita sunt entia positiua que se expellūt ab
eodē ꝫm actū ꝛ ꝫm potentiā. hoc aūt alijs non
cōpetit. Itē relatiue opposita ꝫm hoc ipm qd̄
sunt alioꝝ dicūtur sc3 suoꝝ correlatiuoꝝ. non
sic aūt est de alijs oppositis. Itē inter cōtraria ē
essentialis oppositio ꝛ absoluta. sic aūt nō ē int
relatiue opposita. igit. relatie opposita distig/
uunt a cōtrarijs ꝛ ab omnib⁹ alijs.

Ad rationes. añ oppositum dicitur:
ꝙ illa reduplicatio ꝫm ꝙ. reduplicare potest for
mā specialē ꝛ sic falsum ē qd̄ assumit vł genera
lem ꝛ sic veꝝ est. Alia soluit ex dictis

Queritur. vtrū ꝑuatiue opposita di/
stinguuntur ab alijs oppositis. Arguit ꝙ
nō q2 priuatiue opposita se habent sicut ens ꝛ
nō ens. sed eodē mō se habēt ꝯtradcōrie oppo
sita ergo ꝛc. Scd̄o sic vnū cōtrariorū dicit
alterius ꝑuatio vt albū nigri calidū frigidi. g̊
oppositio ꝑuatiua nō est distincta a cōtraria.
In oppositū est ph̄s in littera. Primo notabū
tur aliq̄ de priuatiue oppositis. ꝛ scd̄o de cōtra/
dictorie oppositis. Quantum ad ꝑmu3.

Sciendũ priõ ꝙ habitus et priuatio hñt fieri circa idẽ subiectũ qđ vtriusqȝ susceptiuũ est ₰m ordiẽm nature ⁊ tpe determiãto Q̃ ãt nature detmiãtus ordo reqratur in talibus ptȝ q2 si añ tẽpus determiãtũ a natura nõ hẽat habitũ nõ dicim⁹ eũ priuari. vt puer nõ dicit edẽtulus in principio natitatis. neqȝ canis añ nonũ diem cecus Rõ ẽ q2 cũ natã nõ habũdet in supfluis neqȝ deficiat in necc̃arijs. ⁊ oĩa natãlia pari mõ mensurẽtur vt hẽtur scđo de generatione. sequitur ꝙ si q̃s tpe quo natus est hẽre hitum nõ hẽt tũc priuatus est. ⁊ si non habeat hitũ tpe quo ñ est nat⁹ haberi. tũc ñ đr priuari ymmo stat ꝙ in tali sit naturale principiũ hit⁹ Uñ est ↄsiderãdũ ꝙ priuatio dicit corruptionẽ principioꝝ habit⁹ in tpe determiãto a natã in q̃ apt⁹ nat⁹ ẽ eẽ hit⁹. ⁊ istđ vt hȝ phs in quinto methaphisice pt ↄtingere tripl'r. q2 vel ↄtingit circa idẽ subiectũ in numero vt hõ diceret cecus vl' circa idẽ subiectũ in gnẽ ꝓximo vt talpa diceretur ceca. q2 ₰m suũ gen⁹. qđ ẽ aĩal nata est videre. vel circa idem subiectũ in genere remoto. ħ mõ plãta diceret ceca ₰m suũ gen⁹ qđ ẽ viuẽs seu aĩatũ esse. Et ꝑmo mõ ꝓꝑe debet attẽdi oppõ ꝑuatiõis ⁊ hitus. ⁊ nõ alijs modis

Ex dict̃ aliq̃ sequũt correlaria. Primũ ẽ ꝙ cecũ ⁊ ñ vidẽs ñ ↄũtũt ex eo ꝙ nõ vidẽs ↄtradictorie oppõit videti sȝ cecũ ꝑuatie. Scđ3 ẽ ꝙ hit⁹ ₰m viã natẽ ꝑcedit ꝑuatioẽm q2 ꝑuatio accidit ꝓpt corruptioẽ3 natãliũ ꝑncipioꝝ hitus tpe determiãto a natã. ñ tñ oȝ ꝙ hit⁹ sꝑ actu ꝑcedat ꝑuatõe3. sȝ suffic ꝙ ordiẽ ꝑncipioꝝ natẽ ꝑcedȝ si ãt opteṫ hitũ actu ꝑcedere ꝑuatioẽ3 nl'l⁹ diceret a natitate cec⁹ aut ꝑuat⁹ Terciũ ẽ ꝙ ex hitu ↄtĩgit ꝑueĩre ad ꝑuatõ3 sȝ ñ ecõtra. S3 si obijceret ↄtra illđ q2 ĩ õi motu natãli đ ꝑuatõ ne it ĩ hitũ illi⁹ ꝑuatiõis. ğ ꝑuatõ poĩt pĩcipiũ rei natãl' ğ ẽ falsuȝ correlariũ. Rñdet ꝙ dupl'x ẽ ꝑuatõ. q̃dã em̃ ẽ q̃ ꝑuat actũ ⁊ aptitudiẽ3 vt ẽ illa q̃ ↄtingit ꝑ corruptioẽm natãliũ ꝑncipiorũ ꝑ que subiectũ hẽt hĩtudiẽm ad habit⁹ susceptioẽm. ⁊ de ista loquitur phs in textu. Alia est ꝑuatio que priuat actũ ⁊ nõ aptitudiẽm q2 nõ corripit natãlia principia subiecti per q̃ habilitatẽ habet ad habitus susceptioẽm. ⁊ de tali ꝓcedit rõ. sȝ nõ loquitur phs de tali. q2 nõ hẽt plenã opponem ad suũ habitũ sicut ꝑma. Ex dictis pt colligi diffinitio ꝑuatie oppositorũ hec Priuatie opposita sunt que hñt fieri circa idem subiectũ ordiẽ irregressibili ⁊ tpe determiãto a natã In q̃nto methaphisice sic diffinitur ꝑuatio Priuatio est carẽtia forme i sbiecto apto nato scȝ vbi qñ ⁊ ₰ȝ ꝙ natũ est hrẽ formã siue habitum

Sciendum secũdo. q2 ꝑuatũ eẽ ⁊ habitũ habere nõ sũt oĩno idẽ qđ ꝑuatõ ⁊ habitus. est tamẽ idẽ modus oppõis inter ipa Probat ꝑmũ phus in textu. q2 si eẽnt oĩno idẽ de quocunqȝ ꝑdicaret vnũ ⁊ reliquũ qđ ẽ falsũ Scđ3 pȝ. q2 ꝑuatũ eẽ ⁊ ꝑuatio hñt se sicut ↄcretum ⁊ abstractũ. mõ simil' est modus oppõis inter cõcretũ ⁊ abstractũ cũ nou differãt in re significata. sȝ solũ in mõ significãdi. Exẽpla hoꝝ patẽt in textu. Quãtũ ad scđm

Sciendum primo. ꝙ cõtradictõ ꝓꝑe inter ↄplexa est. ob hoc vltimo loco determiat phs de ↄ̄dictione. q2 minus ꝑtinet ad hũc tractatũ in quo agitur de ordine ꝑdicabiliũ q̃ sũt dicibilia incõplexa. q2 tñ res opposite quodã mõ intelligũtur eẽ sub ↄ̄dictõe. eo ꝙ ↄ̄dictõ est ꝑma radix oppositõis. iõ tractãdo de opposit̃ oportuit etiã facẽ mẽtõe3 de ↄ̄dictorijs

Sciendũ secũdo. ꝙ res q̃ substãt affirmatõi vl' negatõi nõ sũt idẽ qđ affirmatõ ⁊ negatõ. Probat textus ꝑ diffinitões affirmationis ⁊ negatõis. hmõi em̃ res nec vere nec fl'e st̃ tñ bñ ↄsiderãdũ ẽ ꝙ in reb⁹ stãtib⁹ sub affirmatõe ⁊ negatõe est idẽ modus oppõis q̃ est inter affirmatõem ⁊ negatõe3 vt habet in textu. ⁊ ita lȝ ↄ̄dictoria oppõ sit inter affirmatõem ⁊ negatõem cõpletiue. tñ fũdamentaliter est in reb⁹ affirmatiuis ⁊ negatiuis quẽadmodũ etiã ỽitas ⁊ falsitas sũt in rebus sicut in causa ⁊ fũdamẽto. iõ dicit phus. ꝙ ab eo ꝙ res est vel nõ ẽ orõ đr vera vel falsa..

Sciendum tercio ꝙ affirmatõ dicitur tripliciter ⁊ negatõ similit. Uno mõ dicũtur q̃litates enũciatõis determinãtes ⁊ ↄ̄hentes enũciatõem ad diuersas species Alio mõ đr orõ affirmatiua affirmãs vnũ de alio Et negatõ orõ negatiua negãs vnũ ab alio. ⁊ ħ mõ sũt species enũciatõis. Alio mõ đr affirmatõ ꝑs negatõis qñ idẽ negat in negatĩa. q̃uis nõ opponebat negatõ affirmatõi vt ẽ eius ꝑs. est tñ oppositõ in eo quod dictum est. S3 si obijciat ↄtra dc̃ã q2 videt ex istis ꝙ inter affirmatõe3 ⁊ negatõ3 vt sũt ꝑtes ↄ̄dictõis sit ordo. q2 dictũ est ꝙ negatio nõ negat nisi qđ affirmatõ affirmabat. ⁊ sic affirmatõ ⁊ negatõ habẽt fieri circa idẽ ordine q̃dã. ⁊ ꝑ ↄñs opponũt ad modũ ꝑuatõis ⁊ habit⁹. Dđm ẽ ꝙ ordo ille q̃ ẽ habitus ad priuatõem ẽ in re ipa. ⁊ a natura determinat⁹. ordo ãt q̃ ẽ inter affirmatõe3 ⁊ negatõe3 ẽ rõis tm̃ nec determinatus ẽ a natura Item posset obijci ꝙ alie orationes ab enunciatiua videntur esse

affirmatiue ⁊ negatiue. ergo nõ cõuenienter opponuntur affirmatio ⁊ negatio. Respondet ꝙ alie orões ab enũciatiua non dicũtur affirmatiue ⁊ negatiue. q꞉ ꝓprie nihil affirmat nisi verũ et nihil negat nisi falsum qđ quidẽ verꝝ ⁊ falsũ est solũ in mẽte. Alie aũt orationes explicãt mẽtis affectum in quo quidem affectu non est verum vel falsum.

Conclusio. ꝓuatiue oppsita sunt distincta ab omnibus alijs oppositis. Probat primo de relatiuo. q꞉ relatiua ꝭm illđ qđ sunt alioꝝ dicuntur scilicet suorum oppositorũ sic autẽ nõ est de ꝓuatiue oppositis vt hꝫ text⁹.
Sed ꝙ distinguantur a cõtrarijs patet primo de immediatis q꞉ necesse est semꝑ alterũ contrariorũ immediatorum inesse subiecto ꝭm actũ sic autẽ nõ est de priuatiue oppositis vt ostenditur in textu. De mediatis vero probat text⁹. quia possibile est ꝙ nunq̃ꝫ alterum eorũ insit sbiecto quia semper potest inesse medium. sed cõpleto tempore determinato a natura necesse est habitum aut priuationem inesse susceptibili. quia int habitum ⁊ priuationem non est medium sꝫ hoc tempore determinato. Sꝫ ꝙ a contradictorijs distinguantur patꝫ. quia necesse ẽ alterꝝ cõtradictoriorum esse verum ⁊ alterum esse falsum. sic autẽ nõ est de habitu de priuatõe quia dicunt sine cõplexione.

Ad rationes ante oppositũ. Prima soluta ẽ. Ad secũdam dicit ꝙ cõtraria possunt dupliciter considerari. Uno mõ vt sunt forme positiue ⁊ absolute maxime distantes sub eođ genere ꝓximo cõtenteq̃ fieri habent circa idẽ sbiectũ ⁊ sic opponũtur ꝯtrarie. Alio mõ pñt ꝯsiderari ꝓ q̃ꝫto in ipsis est aliqđ vnũ in quo cõueniũt qđ in vno ẽ ꝑfectiori mõ q̃ꝫ in alio ⁊ sic q̃dãmõ in ipis ẽ oppõ ꝓuatõis ⁊ habit⁹.

Querit vtꝝ veritas alicui⁹ enũciationis sit eterna ⁊ immortalis. Arguit ꝓmo. ꝙ nõ nulla em̃ enũciatio siue nomẽ enũciabile fuit ab eterno. ergo neq̃ꝫ veritas enũciatõis est eterna. ꝯsequẽtia tenꝫ q꞉ ꝟitas enũciatõis nõ ẽ enũciatõne ⁊ enũciabili nõ exñtib⁹. Añs ꝓbat. q꞉ ois enũatio ⁊ om̃e enũciabile ẽ aliqđ ꝓductũ ⁊ causatũ mõ repugnat alicui ꝓducto ⁊ causato fuisse ab eťno. Scđo sic si ꝟitas alic⁹ enũciabil' eẽt eťna seqret ꝙ pl'a eẽnt eťna q̃ꝫ vnũ ꝯñs ẽ fl'm ⁊ erroneũ. g̃ ⁊c. In oppositũ arguit q꞉ nisi sic seqret ꝙ illđ ꝓmũ ꝓncipiũ de q̃libet affirmatio vl' negatio de nullo ambo simul nõ eẽt firme ꝟitatis ⁊ cũ illi ꝓncipio imitat demõstratio seqret ꝙ nihil firmiter vl' certitudinalit sciretur. Itẽ seqretur ꝙ inter ꝯtradcõria eẽt medium ꝑ abnegatõem extremoꝝ. Seqret etiam ꝙ doctrina de lege ꝯtradictoriaꝝ nõ eẽt vera vniuersaliter q̃ dicit ꝙ sẽꝑ necesse est alteram ꝑtem eẽ verã ⁊ alterã eẽ falsam. Et ad idẽ argueretur rõe Augustini. q꞉ añ mũdi generatõem hec fuit vera mũd⁹ erit vl' nõ. si nõ sua ꝯtradcõria erit vera alias due ꝯtradictorie eẽnt sil' false. si vera tũc veritas alicuius fuit ab eterno. Et si dicat aliq̃s ꝙ neq̃ꝫ fuit vera neq̃ꝫ falsa sequitur incõueniens ꝓus illrũ scꝫ ꝙ inter cõtradictoria eẽt mediũ ꝑ abnegationẽ qđ est cõtra legẽ contradictoriaꝝ ꝓpositionũ.

Sciendũ ꝓmo. ꝙ ꝓpter rões añ oppositũ aliq̃ tenẽt ꝙ nulli⁹ enũciatõis veritas fuit ab eterno q꞉ nulla enũciatio fuit ab eterno. Ad rões rñdẽt aliq̃ negãdo cõseq̃ntiã. q꞉ ab eťno nõ sꝑ fuit illđ ꝓncipiũ de q̃libet affirmatõ ⁊c nec fuerũt ꝯdictoria nec lex ꝯtradictoriaꝝ nec etiã illa enũciatio mũdus erit. ⁊ sic neq̃ꝫ ꝟitas neq̃ꝫ falsitas. ꝓut verꝝ ⁊ falsũ accñtia sunt enũciatõis vt dicũt isti. Sed ad oppositum sunt Auicẽna Algazel Alforabius ⁊ Augustinus q̃s insequit Albert⁹ dicẽs ꝙ rões facte post oppositũ ꝓcedũt isto mõ inferẽdo. Pro q̃ est

Sciendum secũdo. ꝙ qñ ꝓdicatũ cõcipit in rõe subiecti eẽntiali ꝓpositio ẽ vera siue res existat in vltimo actu naturr siue non siue em̃ hõ sit in vltimo actu nature sil'r aĩal siue nõ semꝑ hec ẽ vera hõ est aĩal. aĩal ẽ corp⁹ aĩatum sensibile viuũ ⁊ sba. ⁊ nõ sequit hõ ẽ sba g̃ hõ ẽ ens ⁊ h̃ accipiẽdo ens ꝓprie vt dicit actu existẽ di eo ꝙ eẽ actualis existẽtie accidit ei qđ ẽ sic intelligẽdũ ꝙ nõ est de eẽntia alic⁹ rei. ob h̃ essentialis ꝓdicatio a tali eẽ abstrahit. sic igit ad ꝟitatẽ enũciatõis sufficit eẽnalis inclusio ꝓdicati in rõe sbiecti q̃ eq̃lit ẽ in reb⁹ exñtib⁹ actu ⁊ non exñtibus dũmõ possibiles sunt actu existere. ⁊ hec subalis inclusio saluat in ipaꝝ rerũ ordinabilitate. Sꝫ si q̃reret in q̃ fuit ista rerũ ordinabilitas ab eterno quãdo res nõ erãt in seipsis. Dicendũ est ꝙ fuit in ipis reꝝ rõibus siue ydeis q̃ ab eterno fuerũt in sapiẽtia diuina siue in mẽte creãtis ⁊ ordinãtis. Sꝫ si obijciat ꝙ in mẽte ꝓme cause nõ põt esse ordinabilitas vni⁹ ad alterum quia quicquid est in intellectu diuino est idem simpliciter ⁊ in vnitate idem. existens cũ ipo intellectu q̃ idem est cũ essentia diuina. ergo non potest ibi esse pluralitas ⁊ ꝑ cõsequens nec ordinabilitas vnius ad alterum. Dicendum est q in intellectu prime cause dupliciter considerantur res. Uno modo vt sunt idꝫ realiter cũ ipso intellectu prime cause quo

intelligũtur. ⁊ hoc mõ cũ intellectꝰ ꝓme cause sit sua essẽtia ꝑ quam ꝯgnoscit om̄ia. veruꝫ est ꝙ res in intellectu ꝓme cause sunt simpl'r ⁊ vnite. nec ex ꝑte essẽtie diuine ẽ ibi pluralitas. sed sũt idẽ cũ intellectu diuino. Alio mõ pñt considerari vt ꝓducẽde siue ꝓducibiles. ⁊ hoc mõ sũt possibiles ad pluralitatẽ ⁊ ad ordinẽ q̇ ordo ⁊ pluralitas nõ sũt in ipso intellectu diuino ex ꝑte ipsius intellectꝰ diuini. ſꝫ sũt in ipsis rebꝰ ordinabilibꝰ. ⁊ sic veritas fuit ab eterno. Et si querat̃. vtrũ tal' veritas sit creata vl' nõ. ⁊ similiter enũciabile. dr̃ qd̓ est creabil' ⁊ nõ creata ab et̃no. ⁊ q̄ꝫuis sit in creatore ẜm suã ydeã. ratiõe tñ differt ab ipsa. hoc est ẜm modũ nostruꝫ cõcipiendi dũtaxat ⁊ ex parte nostra. ⁊ hec sẽtentia ꝯcordat cũ dicto Porphirij qui dicit ꝙ nl'la spẽ aĩalis existẽte. adhuc potest intelligi suba animata sensibilis.

Cõclusio. veritas alicuius enũciatõis est ab eterno. Quod ꝓbat̃. q2 ad veritatẽ enũciatõis sufficit essẽtialis inclusio ꝑ̄dicati in rõe ſbiecti que equalit̃ est in rebus existentibꝰ actu ⁊ nõ existẽtibus. g̊ veritas alicuius enũciatõis fuit ab eterno. Et hoc de ꝓmo.

Dubitatur. Utrum bonum et malum opponãtur contrarie. Et arguit̃ ꝙ nõ. q2 malũ nõ dicit aliquã eẽntiã positiuã ꝑ quã aliq̇d ꝯstituatur malũ in eẽ ⁊ op3 alias oportẽt incidere dãnatissimũ errorẽ illoꝝ q̇ posuerũt duo ꝓ̇ncipia simpl'r ꝓ̇ma. vnũ bonoꝝ ⁊ alterũ malorũ. g̊ malũ nõ opponitur ꝯ̄rie bono. ſꝫ solũ ꝓ̇uatiue. In oppositũ videt̃ eẽ Aresto. in capitulo de oppositõe. Pro r̃nsione ad dubiũ est.

Sciendum primo. ꝙ bonum ⁊ malũ pñt accipi dupl'r. Uno mõ formaliter. s. ſb rõe formali boni ⁊ mali. h̓ mõ priuatiue opponuntur. q2 malũ formalit̃ dicit deordinatõeꝫ quãdã alicuius rei ad eius ꝓ̇ꝓ̇ũ ⁊ ꝯnaturalẽ finẽ siue oꝑatõꝫ. Alioꝰ pñt accipi materialiter pro actibus. ex q̇bus causãtur habitꝰ boni ⁊ mali. ⁊ etiã ꝓ ipis habitibus ex actibꝰ causat̃. ⁊ hoc mõ malũ ꝯ̄riat̃ bono. ⁊ etiã malo. Et huiꝰ causa ẽ. q2 bonũ vno mõ ẽ. ⁊ ex vna cã sola ⁊ itegra ꝯtingit. ⁊ iõ in indiuisibili ⁊ equalitate ꝯsistit q̄re nõ ꝯ̄riat̃ bono. sicut nec equale equali. neq3 rectũ recto. Malũ vero ĩfinitis mõis ꝯtingit. q2 ꝑ defectũ vnius solius circũstãtie accidit malũ. iõ malũ bñ ꝯ̄riat̃ malo ⁊ etiã bono. Sed vt h3 textus in paucis repit̃. s. in moralibꝰ in q̇bꝰ supabũdãtia defectui cõtrariatur.

Sciendum secundo. Q2 Aresto. in textu ponit aliquas ꝓprietates ꝯtrarioꝝ. Prima est. ꝙ si vnũ ꝯtrariorũ fuerit in rerũ natura nõ oportet alterũ eẽ. necẽ est tñ ꝙ possit eẽ. q2 ꝯ̄riorũ eadẽ est potẽtia. exempla patent in textu. Secũda ꝓ̇ꝓ̇etas est ꝙ sicut enũciatiões contrarias nõ contingit simul esse veras. ꝯtingit tñ simul esse falsas. ita ⁊ formas contrarias nõ ꝯtingit sil' esse in eodẽ ſbiecto. pñt tñ simul abeẽ ſbiecto susceptibili in habẽtibꝰ mediũ. ⁊ etiã in nõ habẽtibus tñ susceptibili. Tercia ꝓ̇ꝓ̇etas ẽ ꝙ contraria hñt fieri circa idẽ ſbiectum. aut nũo. vt sanũ ⁊ egrũ hñt fieri circa idẽ aĩal nũo aut specie. vt iusticia ⁊ iniusticia hñt fieri in aĩa. q̄ ẽ eadẽ spẽ in oĩbus hoĩbus. aut genere. vt albũ et nigrũ circa corpus terminatũ. Quarta ꝓprietas ẽ ꝙ oĩa ꝯ̄ria aut sũt in eodẽ genẽ ꝓximo vt albũ ⁊ nigrũ ſb colore. aut in ꝯtrarijs generibꝰ vt iusticia ſb virtute. ⁊ iniusticia ſb vicio. vl' oꝫ ꝙ ista ꝯtraria ẜm se sint genera ꝯ̄ria vt bonuꝫ ⁊ malũ. Est tñ aduertẽdũ ꝙ istud intelligẽdũ est de genere moris siue rerũ. Si ṽo eẽt ẜmo de genẽ ꝓ̇ncipali. sic eẽnt in eodeꝫ genẽ. s. in ꝓ̇ma spẽ q̄litatis. ⁊ h̓ si capiãt̃ vt dicũt habitꝰ

Ad rationes ante oppositum. Ad primã dr̃ ꝙ enũciabile aut enũciatõ nõ est aliquid creatũ ab eterno. est tñ aliq̇d ab et̃no creabile et ita nõ sequit̃ ꝙ sint plura et̃na. Et sil'r patet q̇d sit dicẽdũ ad secundã rationem.

Querit̃. Utrũ prius ⁊ simul sint postꝑ̄dicamẽta. Arguit̃ ꝙ nõ. q2 ꝓ̇us dicit̃ relatiẽ ad posteriꝰ. g̊ ẽ in genẽ relatõis. Scd̓o sic posteriꝰ nõ ponit̃ postꝑ̄ntũ g̊ nec ꝓ̇us. Tercõ sic. simultas ẽ relatõ eoꝝ q̄ dicũt̃ sil'. g̊ nõ ẽ postꝑ̄dicamẽtũ. In oppositũ ẽ ph̓s in textu.

Sciendum primo. Q2 postq̄ꝫ determinatũ ẽ de oppõe que sumitur penes diuersitatẽ oĩm generũ. Cõsequẽter determinat Aresto. de priori ⁊ posteriori q̇ sumũtur penes ea q̄ per se sũt in genere ꝯtenta. s. ẜm ordinẽ ꝑticipãt̃ ⁊ ꝑticipati. cuiusmõi sũt genus ⁊ spẽs. Deinde determinat Aresto de sil' quod sumit̃ penes ea per que fit diuisio generis in species que sunt simꝉ sub genere. cuiusmõi sũt dr̃ie diuidentes genꝰ ⁊ penes ea in q̇bꝰ stat hmõi diuisio. cuiusmodi sũt indiuidua q̄ sil' sũt ſb vna specie.

Sciendum secũdo. ꝙ vt habet textus aliq̇d dicit̃ prius altero q̄drupl'r. ⁊ horũ modoꝝ numeratõ clare habet̃ in textu. ⁊ etiaꝫ in sũmulis. iõ nũc reliquit̃. Aduertẽdũ est tñ ꝙ diuisio ꝓ̇oris in modos eius nõ est diuisio generis. ſꝫ analogi. vt patet intuẽti. Inter q̄s modos vt habet textus. quartus est alienissimꝰ. Et adhuc preter istos q̄ttuor modos positos ab ãtiquis q̇ ꝑ̄cesserũt arestotilẽ supaddit aresto. vnũ aliũ modũ qui añ tempus suũ nõ erat in-

vsu. vt dicit Boetius. ſ; iſte etiā modus clare
habet̄ in textu ſūmularū. ⁊ etiā in textu phi Ex
emplificat Areſto. de dicto alicuius enūciatōis
⁊ de ipſa enūciatōe q̄ ꝯuertit̄ quo ad veritatem
⁊ q̄ ad falſitatē. vt ſi hoīem eē ē verū. enūciatō
hoc ſignificans. ſ. homo ē. ē vera ⁊ ꝯuertit̄. nō
tamen idō hō eſt. quia hec enūciatō vera ē. ho/
mo ē. vt habet textus. ſ; ecōtra. q: ab eo ꝙ res
ē. vel nō ē orō dicitur vera vl' falſa. ⁊ nō ecōuer
ſo. ⁊ ſic pat; de modis prioris. Vn̄ ⁊ ſi alij re/
ꝑiunt̄ mōi ſicut ꝓus in ſpacio ⁊ ꝓus in motu q̄
ponūt̄ q̄nto metaphiſice parū ꝯferūt ad ꝯgni
tionē ꝑdicamentoꝝ. ideo hic non ponūt̄. Vn̄
ſufficiētia quinq; modoꝝ prioris ſic pōt habe
ri. Quia vl' genera oīm ꝑdicamentoꝝ referun
tur ad ſua principia vl' ad ea que intrinſeca ſt;
eis ſm eē. vl' ad ea q̄ intrinſeca ſūt eis ſm ambi
tum ſue continētie. vl' refertur vnū genꝰ ad al/
terū. puta ſuba ad accidens. Si ꝓmū ſic ē pri
mus modus. ſi ſcd̄m ſic ē tercius. Si tercium
ſic ē ſcd̄s. Si quartū. h̄ eſt dupliciter. vl' ꝯpat̄
ſuba ad accidēs ſm dignitatē quā h; ad ip;.
⁊ ſic ē quartꝰ modus. vl' ſm qd̄ cā eius. ⁊ ſic ē
quintꝰ modus. Alio mō faciliori ⁊ familiari
magis p̄t dari hec ſufficiētia q̄ in expoſitōe ſū/
mulaꝝ dari ſolet. iō hic nō repetitur

Sciendum tercō ꝙ ſimul nō eſt oppo
ſitū ad prius. ſ; ē diſpatum ad ipm. ideo non
oport; tot modis dici ſimul quot modis d̄r
ꝓus. S; prius opponitur ad poſterius. iō q̄t
modis dicit̄ vnū tot mōis d̄r reliquū Et poſi/
tis modis ꝓoris ponūtur modi poſterioris ⁊
nō faciūt niſi vnū poſtpredicamentū

Sciendum quarto. ꝙ ſimul d̄r tribus
modis q̄ modi habētur in textu phi. ⁊ etia; in
ſūmulis. iō hic nō repetunt̄. Et q;uis alijs mo
dis dicatur ſimul. vt ſimul ſm locū. illi tn̄ mo
di minime ꝯferūt ad ꝯgnitōem ꝑdicamentoꝝ.
iō hic nō determinat̄ de ipſis. Sufficiētia autē
triū modoꝝ ſimul p̄t ſic dari. q: quecūq; dicū
tur ſimul. vl' dicūt̄ ſil' tpe. ⁊ ſic ē ꝓmus modus
vl' ſm naturā. h̄ ē dupl'r. q: vl' ꝯuertūt̄ ſm illō
qd̄ ē ſubſiſtēdi ꝯn̄a. ſ; nequaq; cā ē alteꝝ alteri
⁊ ſic ē ſcd̄s modꝰ. vl' non ꝯuertuntur. ⁊ ſic ē ter
cius modus. Itē ſubſiſtendi ꝯſeq̄ntia ē qn̄
ꝓpter vnū ſbſiſtere in actu ſm eē neceſſario po/
nitur ⁊ reliquū ſbſiſtere in actu. vt ſi ponāt̄ duo
ſbſiſtere in actu. nccārio ponit̄ ⁊ vnū ſūbſiſtere
in actu. ſ; non econuerſo.

Cōcluſio. prius ⁊ ſimul ſūt poſtpredi/
camenta diſtincta a ſeinuicē ⁊ ab alijs Prima
ꝑs patet per diffinitionem poſtpredicamēti ꝓ
ꝰs poſitā ipſis ꝯuenientem. Secunda ꝑs ſa/
tis patet in ſufficientia poſtpredicamentoꝝ ꝓ/
us data ⁊ alia que ꝯcernere poſſent expoſitōem
modoꝝ prius ⁊ ſimul ſolent tradi in expoſitio
ne ſummularum.

Dubitatur. Vtru; motꝰ ⁊ habere ſint
poſtpredicamenta Arguit̄ ꝙ nō. q: motus
nō ē. ḡ nō ē poſtꝑdicamētū. an̄s ꝓbat̄ q: ꝑtes
motꝰ nō ſūt. ḡ ⁊c. Scd̄o ſic. habere ē ꝑdica/
mētu. ḡ nō ē poſtꝑdicamētū. Pro dubio.

Sciendum primo. ꝙ cum motus eſt
eiuſdē eſſētie cū ſuo termio ad quē ē motꝰ ⁊ ter
minus motꝰ in pluribus ꝑdicamētis repit̄. iō
⁊ motus ad plura ꝑdicamēta r̄ducit̄. ex q̄ ſeq̄t̄
ꝙ nō ē ꝑdicamētū. ⁊ non ponit̄ in ꝑdicamēto
aliq̄ ꝑ ſe. ſ; ſolū reductiue. q: motꝰ nō d̄t ēs cō
pletū ⁊ ꝑfectū. ſ; ē actꝰ imꝑfectus potētie ꝑmix
tus tēdens ad vlteriorem actum

Sciendu; ſecūdo. ꝙ cu; dicit̄: ſex ſunt
ſpecies motꝰ. capitur ſpecies large ꝑ mō analo/
gie. Et inter hmōi ſpecies duplex p̄t attēdi or/
do. q: vl' accipit̄ motus ſm rōem formalē mo
tus. ⁊ ſic primo modo dicitur de motu locali.
vl' accipitur ſm illud quod eſt. ⁊ ſic prius dice
tur de generatione ⁊ corruptione. ⁊ vltimo de
motu locali. ⁊ de hoc plenꝰ habebitur in octa/
uo phiſicorū Aduertēdū eſt etiā ꝙ in iſta diui
ſione accipitur motꝰ large vt ſe extendit ad om
nē ſpeciem mutatōis. ſiue talis mutatō ſit ſuc/
ceſſiua. vt eſt illa que ē inter cōtraria ſiue inſtā/
tanea. vt ē illa que ē inter contradictoria. capi
endo contradictōem large pro omni oppoſitō
ne que ē inter eſſe ⁊ non eſſe. Particulariter au
tem diſtinguere ſpecies mutationis ſiue mo/
tus. ⁊ naturas eorum declarare pertinet ad na/
turalem philoſophum

Sciendum tercio: q: motui vniuerſali
ter accepto contrariat̄ quies capiendo cōtrarie
tatē vt ſe extendit ad priuatiuam oppoſitōem
ſ; motui ſm ſuas ſpecies accepto bene opponi
tur alius motus. vt generationi opponit̄ cor/
ruptio. augmētatōni diminutō. ⁊ alteratōi ſm
vnā q̄litatē opponitur alteratio. que ē ſm q̄li
tatē contrariam. Et motui locali recto opponi
tur alius motꝰ rectus. vt motui ſurſū ꝯtrariat̄
motus deorſū. ſ; motui locali circulari nullꝰ ē
motus ꝯrius. vt pat; octauo phiſicorū

Sciendum quarto cū textu. ꝙ iſte ſpe/
cies inter ſe diſtinguūt̄. qd̄ ꝓbat textus. q: poſ
ſibile ē ſm q;libet earū aliq̄d moueri abſq; co
qd̄ ſm aliā moueat̄. ḡ diſtinguūtur oēs inter
ſe. ꝯſequentia tenet. quia quecūq; ſic ſe habēt ꝙ
ponitur vnum altero non poſito. illa diſtiguū
tur. Antecedens deducit Areſtotiles primo de

alteratione. qꝛ possibile est aliqͥd alterari absqꝫ hoc ꝙ alia spẽs motus mutetur. Similiter pt aliqͥd augeri mathematice absqꝫ hoc ꝙ alia spe-cies motus moueatur sicut quadratũ circum posito gnomone creuit. ⁊ tamẽ nõ est alteratuꝫ neqꝫ alia spẽ motus transmutatũ Et notanter dicebatur mathematice. quia augmẽtatõ phi-sica nõ est sine alteratõe precedẽte distinguun-tur tñ eẽntialiter. qꝛ alteratõ ẽ ꝑ se ad qualita-tẽ. ⁊ augmẽtatio ad q̄ꝫtitatẽ. Amplioꝛ aũt de-terminatõ de ipsis speciebus motus ad phisi-cum pertinet.

Sciendum quinto pro vltimo post p̄-dicamento quod est habere. ꝙ habere duobus mõis ꝯsiderari pt Uno modo ex ꝑte habentis ⁊ hoc mõ habere est predicamentũ. Alioᵒ ex ꝑ-te rei que habeť siue ꝑ re habita que in pluribꝰ generibus poniť. iõ ſm hoc necesse est ꝙ habere sit post p̄dicamentũ. ⁊ ſm diuersitatẽ eoꝛũ que habentur dꝛ habere diuersis ⁊ distinctis mõis qui mõi clare patẽt in textu philosophi. ⁊ etiaꝫ sumularum. ⁊ eoꝛũdem sufficientia. Ex his q̄ dicta sũt patet rñsio ad dubiũ ꝙ motꝰ ⁊ habe-re sũt postpredicamenta ab inuicẽ distincta. et etiã ab alijs. Prima ꝑs patꝫ ꝑ diffinitõeꝫ pꝰ-predicamenti que ipsis ꝯuenit. Secũda pars patꝫ ex dictis in precedentibus.

Ad rationes dubij Ad primã dicitur ꝙ licet ꝑtes motus nõ sint in esse ꝑmanẽti. tam̄ bñ sunt in esse successiuo. Alia ratio soluta ẽ in vltimo notabili. Rationes ante oppositũ solute sunt ex dictis..

Expliciũt questiones venerabilis dñi Jo-annis versoris suꝑ p̄dicamenta Arestotilis.

Nota numerũ ⁊ ordinẽ decẽ p̄dicamẽtoꝝ. faciliter poteris videre ꝑ hoc epitaphium

Suba q̄ꝫtitas q̄litas. adaliquid
Albertus. magnus. deuotus. pater. p̄-
actio. passio. qñ. situs vbi
dicatione. fatigatꝰ. hodie. stetit. i tẽplo
habitus.
infulatus

Circa initiũ libri sex prīcipioꝝ Gilberti poꝛritani mouetur ṗmo questio taľ Utrũ pter ea que dicta sũt in libro p̄dicamen-toꝝ sit determinãdũ de sex vltimis p̄dicamẽtꝭ. que dicũť sex ṗncipia Arguiť ṗmo ꝙ nõ. qꝛ vľ arestotiles de ipsis sufficiẽter determinaiť vľ nõ. Si primũ sequiť ꝙ superflue illud fit hic. Si scðm sequiť ꝙ aresto. fuisset diminutꝰ. Scðo sic. oĩs sciẽtia habeť ꝑ principia ⁊ cau-sas. sed ista sex principia non habẽt principia vľ causas cum sint prima. g̃ de ipsis nõ est scia

Tercio sic. ṗncipia siue predicamenta nõ cõ-ueniũt in aliquo vno priori ipsis. cũ sint ṗma ergo cũ vnitas scie sumiť ex vnitate sbiecti seq̇-tur ꝙ de ipsis nõ est scia. In oppositum est Gilbertus poꝛritanus. ⁊ sui expositores q̇ de ipis sex principijs tractauerunt.

Sciendum primo Qꝛ arestotiles in li-bro p̄dicamentoꝛum breuiter ⁊ exẽplariter de-terminauit de sex vltimis predicamẽtis. eo ꝙ cognitis quattuoꝛ ṗmis satis pñt ꝯgnosci sex vltima in q̄ꝫtum predicamẽta sũt. ideo ad no-ticiã facilioꝛẽ eoꝝ q̇ in libro predicamentoꝛũ breuiter ⁊ succincte tradita sũt Gilbertus poꝛ-ritanus ad vtilitatẽ ⁊ vlterioꝛẽ ꝯgnitionẽ ha-bendã speãlẽ ꝯposuit de istꝭ p̄dicamẽtis tracta-tũ. q̇ potiꝰ ṗncipia dicũť q̄ꝫ p̄dicamẽta Pro q̄

Sciendum secundo. Qꝛ decẽ p̄dicamẽ-ta dicũtur p̄dicamenta genera ⁊ ṗncipia diuer-simode Nã dicũtur ṗncipia. qꝛ in ipꝭ stat om-niũ rerũ vltima resolutõ ⁊ eẽ. qꝛ vnũquodqꝫ eo-rũ est ꝯstituẽs eẽntias eoꝝ que sũt sue cooꝛdi-natõis. ⁊ sic in q̄ꝫtum sũt prima in ꝯpositõe foꝛ-mali. ⁊ vltima in resolutõe dicũtur ṗncipia. sꝫ dicũtur genera in q̄ꝫtũ vnũqdqꝫ ipsoꝝ ẽ cõmu-ne foꝛmale foꝛmabile ⁊ determinabile ad eẽ spe-cificũ suoꝝ inferioꝝ. Nã genus diciť cui sup-ponitur species. Sꝫ dicũť p̄dicamẽta in q̄ꝫtuꝫ qdlibet ipsoꝝ ẽ vnũ p̄dicabile seu ṗmũ dicibi-le sb se continẽs oĩa q̇ sunt sue cooꝛdinatõis ⁊ ẽ metrũ ⁊ mẽsura ipsoꝝ. vbi.

Sciendum tercio qꝛ licet omnia deceꝫ generalissima p̄dicto mõ dicũtur ṗncipia. ma-gis tamẽ ꝓpꝛie quedã dicũť p̄dicamẽta vľ ge-nera. ⁊ quedã ṗncipia. Substãtia em̄ q̄ꝫtitas ⁊ qualitas magis dicuntur genera q̄ꝫ ṗncipia qꝛ ſm suas ꝓṗas naturas habent inclinatõeꝫ ad sua inferioꝛa quarũ sũt genẽa ⁊ absolute in

cludūtur in ipis. nō dicēdo aliquē respectū ad aliqđ extrinsecū. hoc etiā ꝯuenit relationi. lꝫ nō ita ꝓprie sicut tribus ꝑmis. qꝛ iportat respectū ad aliud. Sed alia sex magis ꝓprie dicūť pn cipia qꝫ genera ꝓpter duas causas. Prima est qꝛ vnūqđqꝫ ipsoꝝ ē qdammō pncipiū sbstan tie q actū ab aliq agēte recipit. vt infra patebit ꝛ possit declarari. ꝛ iō dicunť pncipia. Alia cau sa est. qꝛ pncipiū aliqđ extrīsecū significat. iō in phisicis Aresto. ꝑ principiū sepe intelligit cām efficiētē que est extrinseca. sꝫ ista sex suis noibꝰ significāt aliqđ extrinsecū. ꝛ nō dicunt pncipa liter respectū ad sua inferiora. sꝫ magis ad sub iectū vł aliqđ extrinsecū. qꝛ ꝑ denominatōeꝫ ex trinsecā sumūtur a formis que sūt extrinsecus adiacentes. vt inductiue posset videri in singul. Nā actō dicit respectū ad patiēs siue ad suū sb iectū. ꝛ passio đr pncipiū q patiēs afficiť ꝛ mo uetur ad formā agētꝭ. ꝛ qꝫuis magꝭ dicūť pn cipia qꝫ genera. tn̄ cū hꝫ stat ꝙ actu ꝛ intellcū in cludūtur in suis iferioribus. ꝛ eēntialiter de ip sis ꝑdicāť. qꝫuis hoc nō iportāt in suis noibꝰ ꝛ iō res quas significāt sūt genera

Sciendū quarto. ꝙ ista sex principia pnt duplr considerari. Uno mō ꝭm se. ꝛ hꝫ mō sunt de ꝯsideratōe phisici vł metaphisici. Alio mō ꝭm ꝙ subijciūť intentōi pncipij. ꝛ sic capiū tur hic. ꝛ sic de ipsis est scia vna. nō qdem vni tate vniuocatōis sꝫ analogie que sufficit ad ge nus scibile. Nam oīa in hoc conueniūt quod ē forma extrinsecus adueniēs accepta in rōe pn cipij. ꝛ nō ꝑdicabilis seu ꝑdicamenti. que qdē forma extrinsecus adueniēs ē sbiectū attribu tōis huius scie. vt pꝫ ꝑ conditōes sbiecti attri butōis sibi ꝯuenictes respectu huiꝰ scie. ꝛ ꝑ hoc soluiť tercia rō ante oppositū.

Cōclusio ꝑma ꝑter tradita in libro ꝑ dicamētoꝝ vtile fuit in speciali determinare de sex pncipijs patꝫ. qꝛ licet in ꝑdicamentis satis determinatū est đ istis sex pncipijs inqꝫtū sunt ꝑdicamēta. qꝛ cognitis qtuor ꝑmis de facili sex vltima ꝯgnosci possūt. tn̄ ibi nō ē cōplete de terminatū de ipis inqꝫtū sūt pncipia

